eis ab ore eorū ⁊ aquā dedisti eis in siti. ¶ In ista auctoritate notantur tres vtilitates quas facit iste magister quia primo habemus ab ipso perfectionem. Spiritum tuū bonum dedisti eis. Secundo deuotionē. manna tuū non prohibuisti. ⁊ cetera. Tertio consolationem et aquā ⁊c. ¶ De primo nota. spiritus. ⁊c. Nos inuenimus tres ventos in scriptura. vnus est qui venit de terra et aliquando eleuat sic terram q facit montē sed isti montes non multū durant quia cito videt vorago vel fouea vbi prius erat mōs: ⁊ ita ventus est multū periculosus quia aliqñ mouet terram intantū q facit villas ⁊ domos ruere. Per hūc ventū intelligit̄ superbia: qr qd superbia ⁊ persona hoc est propter diuitias vel propter genus vel pulchritudinē ⁊ hmōi ⁊ totū est terra. ¶ Iste ventus aliquando eleuat intantum personā: q nihil reputat alios. sed ista altitudo non multū durat quia statim inuenies eā in foueā sepulchri quantū ad corpus ⁊ in foueā inferni quantum ad animanm. ¶ O quā malus est iste ventus: per hunc ventū multe ville multe persone corruant ⁊ pereūt: quia guerre ⁊ dissentiones frequenter ex superbia procedunt: et erit spiritus grādis ⁊ fortis subuertens montes et conterens petras ptransijt. non in spiritu domini quia multum displicet deo. Ber. Si tam dure animaduersus es in angelum apostatam nec ei profuit coruata superbia. quid fiet de misero superbo. Alius ventus est qui venit ex latere et iste aliquando facit domos corruere. per hunc ventum intelligitur inuidia que semper nititur alios grauare. Job. Uentus vehemens venit a regione deserti et cōcussit quatuor angulos domus ⁊ oppressit liberos. Ita est de inuidia que venit a personis que nichil valent que semper inuident gratiosis ⁊ alios grauāt quantū possunt vel in bonis vel in fama. primi. Reg. dicit. Spiritus nequā agitabat saul nec rectis oculis aspiciebat dauid. Alius ventus est qui venit de sursum ⁊ iste nō grauat sed solum inclinat ⁊ humiliat ramos arboris inquantum descendit. Iste est spiritus qui humiliat personam in qua descendit: vnde cum dixisset angelus virgini. Spiritus sanctus superueniet in te ⁊c. et iste est bonus ventus. Spiritum tuum bonum. ⁊c. Sapien. decimo quarto. O quā bonus et suauis est spiritus tuus in nobis ¶ Sequitur. dedisti ⁊c. ¶ Nota ille qui dat non intentione rehabēdi nō indiget bonis nostris Nos enim nihil damus cū habeamus intentionē rehabēdi vel in hoc seculo vel in alio. vnde Jac. dicit in canonica sua. Omne donū perfectum est de sursum ⁊c. in terra nō est donum: qr si sit encenium diuitibus sit vt plus rahabeatur ab eis. Nichil tamen in hac vita datur pauperibus quin deus retribuat in alia vita ⁊ illi qui sic vendunt vel mutuantur aut plus lucrantur.

¶ Nota mercatores qui non possunt expectare parum lucrantur Tempus solutionis non est in hac vita sed in alia: ibi reddet dominus vnicuique secundum opera sua ideo illi qui nolunt expectare sed hic volūt solui multū amittūt. Sed illi qui dant hic vt in alia vita recipiant multum lucrant. Se

cunda vtilitas est deuotio. Mānna tuum. Nota manna erat cibus habens omnis sapor suauitatē ita deuotio nam ea que sunt amara vt tribulationes facit dulcia sed non oēs sentiūt istam dulcedinem.

¶ Nota quando filij israel comederunt de frugibus terre defuit illis manna Ita illi qui sumunt suā delectationē: in mundi delicijs nō sentiunt delectationem que est in deuotione et in diligendo deum sicut filij israel qui habebant cor ī egypto et habebant in memoria carnes et alia huiusmodi illi non delectabantur in isto cibo sꝫ dicebant nausea cor nostrum super cibo isto leuissimo. Nō q̄diu salmo est in aqua maris videtur sibi dulcis cum sit amara. Sed cū venit ad aquam dulcem et eam tetigit tantum placet ei qđ prius permittere se capi et occidi q̄ꝫ redire ad aquam maris. Aque amare sunt diuitie et delitie que perducūt ad amaritudinem inferni. Quibꝰ sp̄tis viri sācti dulcedinem deuotionis gustauerūt quia permiserūt se occidi nolentes redire ad amaritudinem peccati. Hanc dulcedinem dat spiritus sāctus p̄s. Pluit manna ad manducādum. Tertio dat consolationem ⁊ deuotionem. aquam dedisti eis in siti. Bonꝰ ortolanus consueuit irrigare plantulas quia modicum trahūt de humore terre ideo indigent irrigatione sed non irrigat magnas arbores: qꝛ satis trahunt de humore terre.

¶ Per plātulas ītelligunꝫ paupes ⁊ humiles p̄s. Sicut nouelle plātationes i iuuentute sua et ratio est licet plantule quandoqꝫ impellantur a vēto: nō t̄n corruunt qꝛ nō retinent vētū: sed trāsit vltra. Sed magne arbores sepernūt: qꝛ retinent vētū nec transit vltra: sic boni q̄ꝫtis ipellanꝫ a vento tēptationis nō t̄n ruunt in peccatū qꝛ istum vētum non retinent per consensum. Sed mali statim consentiunt ⁊ ruunt in peccatum: ideo peccatores non irrigat aqua consolationis: quia satis attrahunt de consolatione terrena: non curant de consolatione diuina: sed boniꝰ irrigantur aqua spiritussancti: quia non querunt cōsolationem in mundo Psalm̄. Super aquam refectionis educauit me. Hanc aquam non dat mundus. Job. Aquam crassam non dedisti esurienti subtraxisti panem Talibus loquitur dure deus in iudicio. Esuriui ⁊ non dedistis michi manducare: sitiui ⁊ nō dedistis michi bibere sequitur. Ite maledicti in ignē eternum. ¶ Scđo hec doctrina est stabilis ⁊ firma veritatis firmata est sup veritate. q̄ lꝫ aliq̄n titubet t̄n finaľr vincit. vnde sic est de veritate sicut de ligno in aqua quia lignū natat sup aquā t̄n aliq̄n tenet violenter in fundo p aliquot graue suppositū sed finaliter ascēdit sic veritas semper deberet sup poni: sꝫ q̄nqꝫ supponiꝫ veritati ⁊ hoc facit graue aurū ⁊ argentū sed finaliter preualebit qꝛ sup oīa vincit veritas: ideo bonū est appodiare se ⁊ firmiꝫ inniti veritati. p̄s. Complacui in veritate tua ⁊ non sedi cū cōsilio vanitatis ⁊ cū iniqua gerētibus non introibo: complacui in veritate tua. Nota nos debemus veritatē diligere via plena foueis non placet: quia homo fatigatur in ea et spernit: sed via plana

et recta est multū grata via veri=
tatis est multum plana quia sicut
ille qui vadit per viam planam vi
detur de prope et de longe sic ho=
mo verax bene cognoscitur quia
quod ꝓfert ne ore habet in corde.
Nō sic homo fallax qui duplici cor
de aliud pretendit exteriꝰ et ad in
terius latet. Talis ruit in peccatū
⁊ vbi credit decipere decipitur et
plus laborat ꝙ̄ ille qui viam veri=
tatis tenet psalmo viam veritatis
elegi ⁊sequitur. Non sedi cum con
silio vanitatis. Nota verum argē
tū cognoscitur a falso per sonū bo
nū ⁊ clarū sic homo qui non detra
hit: aliis sed habet sanū cōsiliū ve
rꝰ est quo ad deum sed mēdaces ⁊
falsi consiliarij et detrahentes aliis
isti non sunt sicut verum argentū
sed cassum falsū ⁊ vanum p̄s. Filii
hominū vt quid diligitis vanitatē
⁊ q̄ritis medaciū. hec ē vanitas
vanitatū quia nulla sequitur vtili
tas unimo sicut aperiēs sepulchrū
vel latrinam inficit se ⁊ circūstan=
tes sic detractor sequitur. Cum ini
qua gerentibus non itroibo. Jstō
est necessarium ad custodiam veri
tatis quia ꝗ̄uis argētū sit bonū
⁊ clarū positū tñ cum magna mone
ta denigratur ⁊ deterioratur. Jō
volentes custodire paritatem su
am debent segregare a mala so=
cietate quia cum peruerso perner
teris sicut iahel vocauit sisaram
et ingressus domum bibit lac ⁊ ob
dormiuit et iterfectus fuit et ideo
debemus ire: cum bonis et ad
bona loca. p̄s. Introibo in domū
tuam.

¶ Tertio hec doctrina est rationa
bilis docebit vos. Justum est vt
alii qui ignorant viam dirigantur
et istruantur ab illo qui nouit mul
ti semitam paradisi ignorant. Er=
rauerunt in solitudine ⁊ viam veri
tatis nō inuenerunt. sed spūs tuus
bonus deducet me in terram re.
p̄s. Thob. timere deum docuit et
abstinere ab omni peccato vbi no=
ta ꝙ primum necessarium ad am=
bulādum in via dei est timere deū
Timere deū docuit: quia sicut asi=
nus non incedit velociter nisi pun
gatur aculeo et equus calcaribus
sic nec homo: aplica p̄s. Confige ti
more tuo carnes meas. ¶ Nota
apis q̄ṁdiu hꝫ aculeum facit mel ⁊
ceram: sed quando amisit eum nō
facit mel sed comedit quicq̄d alie
faciunt ⁊ perturbat eas: sic qui nō
habent aculeum timoris dñi. Jos.
iiij. Timete dominū ⁊ seruite ei in
corde verissimo: quia beati qui ti=
ment dñm: ⁊ ambulāt in viis eius.

¶ Scōm necessariū ad ambulan=
dū in via dei est abstinere ab omi
pctō. Ad hoc ꝙ aliqs possit natare
vltra aquā opꝫ ꝙ habeat manꝰ ex=
peditas ⁊ pedes ab oī vinculo: sic
homo trāsiēs per aquas mundi de
bet esse liber ab omni peccato. Ro.
vi. Liberati a pctō serui autem fa=
cti deo habetis fructū vestrum in
sanctficationem: finem vero vitam
eternam. Quam nobis cōcedat. ⁊c.

¶ De dñica quarta.

Estote factores verbi.
Ja. j. Pauper agricola
volens de terra ꝓpria
reportare fructū neces
sario hꝫ operari cū pro
priis manibus seminando fodiēdo
et herbas nociuas extirpando ⁊
quia cum non habeat vnde possit
cōducere operarios oportꝫ ꝙ labo
ret ꝓpriis manibꝰ. Figura. Gen.

iij. vbi legitur q ade abiecto de paradiso z depaupertato corporalr z spūaliter dictum est in laboribus comedes ex ea cunctis dieb9 vite tue. z itē. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Tertia propā a q possum9 reportare fructū vite vere est aīa nostra. in psal. Terra nr̄a dabit fructū suū. et bn̄ dr terra nr̄a aliqn̄ agricola possidz duas terras vnam propriā z aliam alienam.

Nunc est ita q de terra aliena extrahit ad suam vtilitatē quicqd potest et minus q̄z pōt ponit in ea z p ea quia cum solum eā habeat ad tempus bn̄ scit q. si pro ea multum expenderet q finalr non reportaret fructum. Sed in propria terra scienter multū expendit z ponit: sperans q in posterum non statiz colliget fructum. Recte sic est de nobis qr duas terras possidemus scz corp9 et aīam. vnā tanq̄z alienā s. corpus aliam tanq̄z ppriā. s. aiaz quaz semper possidebimus z ideo de corpore debem9 extrahere q̄ztum possum9 ad vtilitatem nostrā ieiunando vigilando et cetera penalia faciendo August. in regla. Carnem vestraz domat. s. ieiunijs et abstinentia esce et potus q̄ztum valitudo permittit. Et hoc implebat apl's qui dicebat. j. ad Cor. castigo corpus meum z in seruitutē redigo. et minus q̄z possumus pro terra corporis expendere debem9 j. ad Cor. vj. Nihil intulim9 in hūc mundū haud dubium quia nec auferre quid possumus habentes alimenta z quibus tegamur hijs contenti sumus. Illi eñ qui multa expendunt pro corpore nullum comodum reportant. Talibus pōt dici qd habetur Aggei. j. Seminastis multum et intulistis parum hoc est vobiscum intulistis paruz immo nihil vn̄ sic accidit eis: sicut illis qui seminauerunt in terra in q non collegerunt. nam ipsi non colligunt sed alij ipsi vero soluz hn̄t paleas. Sic illi qui p corpore multa seminauerunt id est expendunt vestiendo z congregādo nō reportant inde commodum sed soluz remanent eis palee peccatoz quib9 cōburent igne eterno. alij vero totum hn̄t. Eccle. x. cum morietr homo hereditabit serpētes. z bestias et vermes. In morte eñ homo 'facit hereditare serpentes. i. demones si male vixit bestias. i. parentes vel principes q̄ztum ad diuitias quas congregant z vermes q̄ztū ad carnem quā delicate nutriuit. Et ideo fatui sunt q in hac terra corporis multa expendunt: sed in terra anime que est nostra propria omnia ponenda sunt: quia lz non in presenti tamen finaliter colligemus fructum Ad gal. vj.

Qui seminat in spū de spiritu metet vitaz eternā. Sic habem9 duo Unum est q pauper agricola volēs de terra propria reportare fructum habet operari ppriijs manibus. Scdm q terra ppria est aīa nr̄a. Un̄ cū sumus pauperes agricole oportet si volumus reportare fructū vite btē opz q operemur scdz dei mandata z ad hoc nos hortat Ja. di. Estote. zc. vbi hortatur nos ad tria q sunt nob; necessaria. Primū est constantia virtuosa in psistendo siue resistendo estote. Illi q sunt in ciuitate obsessa bene dissimulāt z pmittunt q hostes agros z vineas vastent z destruant: sed nullo modo permittunt q intrēt

et capiant ciuitatem immo constã
ter resistũt. Ciuitas obsessa est ec
clesia luc.xix. Circundabunt te ini
mici tui vallo ⁊ coangustabunt te
vndiq; q2 viri ecclesie bene pos=
sunt tollerare ꝙ agri ⁊ vinee vastē
tur et alia bona tēporalia quia ibi
non est magnũ damnum immo fre
quenter cõmodum spũale. B. pau
pertatem equo animo ferre virtꝰ
patientie est sponte appetere sapi=
entie laus Sed nullo modo de=
bet permittere vt hostes intrent ⁊
vastent ciuitatem tũc enim hostes
volunt capere ciuitatem cum dia
bolus per se et suos ministros niti
tur trahere animas ad peccatum:
et tunc resistendum est orando p̄=
dicando ⁊c. i. Pe. v. Aduersariꝰ ve
ster diabolus tanq̃ leo rugiēs que
rens quē deuoret cui resistite for
tes in bello. Sed hodie sunt mul=
ti qui male resistunt in ciuitatem
obsessa. aliqui sunt ciues ⁊ dome=
stici. alij vero stipendiarij. Nũc ē
ita ꝙ stipendiarij si capiatur ⁊ de
struatur ciuitas dum tamen sti=
pendia sua habeant debiliter resi
stunt. Sic in ciuitate ecclesie sunt
aliqui stipendiarij qui solum curãt
lucrum et commodum tēporale et
hij parum afficiuntur ad ecclesiā
nec curant si destruatur spũaliter
ideo male resistũt: sed potiꝰ cedũt ad
uersarijs. Iere. xlvi. Mercenarij q̃
q; eius qui versabantur in medio
eius quasi vituli saginati versi sũt
⁊ fugerunt: ⁊ non solum fugerunt
sed succenderunt ciuitatem igne
peccati. B. Arcem syon occupaue
runt apprehenderunt munitiões
et vniuersam deinceps libere et
potestatiue tradunt incendio ciui
atem: non est iam dicere vt po=
pulus sic sacerdos q2 nec sic popu
lus vt sacerdos: sed boni qui non
sunt stipendiarij sed ciues scd̃m il
lud ad Ephe. ii. Iam non estis ho
spites ⁊ aduene sed ciues ⁊c. quia
diligunt eam potenter resistunt. se
cũdũ illud macha. iii. Estote para=
ti mane vt pugnetis aduersus na
tiones has. In ista auctoritate tan
guntur quattuor vtilia ad bene re
sistendum. Primum est sollicita ꝓ
uisio. Estote parati volentes enī
resistere habent ꝓuidere sibi ⁊ se
preparare: et ista prouisio et p̄pa=
ratio est maxime necessaria in ca=
stris. vnde ⁊ consueuerunt bene
parari q2 si castra sint bene muni
ta et parata non est multum timē
dũ. Castra nostra sunt corda de q̃
bus Deut. xxiii. Sint castra tua sã
cta ⁊ nihil appareat feditatis ⁊ cau
sam premisit quare debent eē san
cta deus inquit tuus ambulat ī me
dio castrorū tuorum ista vero ca
stra. s. corda debēt parari: nulla ei
rima peccati dz ibi dimitti. Itē dz
mũiri ⁊ repleri bõis spũalibꝰ sicut
fecerunt prudentes virgines q̃ oll
sumpserunt oleum in vasis. i. i cor
dibus opa pietatis ⁊ sic parate in
trauerunt cū eo ad nuptias. Exo.
xix. Sunt parati in diem tertium
in die ei tertio descendet dñs et si=
gnãter loquitur in die tertia tres
em̃ dies habemus. primus est na=
tiuitatis scd̃s vita p̄ntis. sed ter=
tius ē dies mortis. In hac igr̃ die
tertia debemꝰ inueniri parati q2
tunc veniet dominꝰ vt inueniat ⁊
iudicet. vñ Luce. xii. dr. Uos esto=
te parati: quia qua hora ⁊c. Chri
stus facit sicut p̄nceps terrenus q̃
aliqñ facit ꝓclamari vt omēs sint
parati ⁊ post cum non creditur fa

cit eos conuenire vt videat q̄ sunt paratie qui non et illos quos videt paratos bene cōmendat et approbat alios vero vituperarat et cōdemnan͂. Sic x̄ps fecit p̄centari iohannes clamabat parati sicut per p̄dicatores vt oēs sint parati. Sicut iohānes clamat parate vias dn̄i rec.&c.et adhuc hodie ceteri clamant. Sz post die q̄ ignoramus.s.in morte veniet ad vidēdū qui sunt parati ꝛ qui non et paratos approbabit īparatos vero condemnabit. Aug. Uigilare dz om̄is christian⁹ ne cum imparatū inueniat dn̄i aduentus imparatum autem inueniet dies ille quē imparatū inueniet sue vite vltimus dies Scd̄o qd̄ tangitur in auctoritate est ordinata discretio mane in mane em̄ iuuentutis debem⁹ nos parare nec debem⁹ expectare vsq̄ ad vesperam senectutis diligens em̄ ancilla ꝛ prudens primo parat domū:deinde domo parata occupat se circa alia:quia bene cogitat q᷒ q̄cunq̄ faceret parū essent grata dn̄o hon[…]o si domū inueniret imparatā. Dom⁹ aūt a nobis parāda est conscientia.ysa.xxxviij. Dispone domui tue.q2 morieris tu ꝛ non viues. Et iō primo debem⁹ parare ꝯsciētiam ꝛ consequnter circa alia occupare quia quicq̄d fecerimus in gratum erit dn̄o si domum cōscientie inuenerit paratā. Exo. xxxiiij. Esto parat⁹ in mane vt statim ascendas in montem. Sz multi sunt qui in mane iuuentutis nolunt se parare:sed expectant vsq̄ ad vesperam senectutis vel infirmitatis et tunc male parant se.

Sunt aliqui qui pro mercede occupant se in mane ꝛ fere p totā diē in opere alieno et postq̄ fatigati sunt et redeunt circa vesperā occupāt se in ope ꝓprio et quia tarde incipiunt dimittūt incōpletum. Opus nr̄m proprium est quod ordinat ad salutē aīe q2 cedit ad nostrā vtilitatem cetera vero opera q̄ ordināt ad honores ac diuitias acq̄rēdas sunt magis aliena q2 in nr̄m cedunt detrimētū ꝛ alioꝝ ꝓfectū. Sicut ei plantula onerat se floribus et fructu in bonum alioꝝ qui fructum colligunt et in maluz suum quia p hoc post efficitur sterilis et ponitur in igne. Sic erit de his q̄ honores mūdi q̄rūt et diuitias: nam alij reportant fructuz et ipsi efficiuntur steriles spūaliter et sic in igne eterno cōburunt circa ista aūt opa aliena multi se occupant in mane iuuentutis et fere per totam vitam et post in vespere senectutis volūt se occupare circa ea que pertinent ad salutem et aliqn̄ complere nō p̄nt:quia nimis tarde inceperunt. dicitur Eccl. xi. Mane semina semen tuum et vespere ne cesset manus tua.

¶Scd̄m quod tangit in auctoritate quod valet ad resistēdū est act⁹ expediens. pugnetis q̄n apparet q᷒ cū aduersario non potest haberi bona pax tunc expedit pugnare q2 melior ē guerra et pugna q̄ mala pax cum aduersarijs vero nr̄is non possumus habere bonam pacem qui componendo cum eis nō habemus pacem mētis et cōsciētie que est bona pax. de qua Luc. ij. In terra pax hoibus bone volūtatis:sed hēm⁹ pacem mūdane ꝓsperitatis q̄ est falsa et ꝓditoria: j.ad corin. v. cum dixerint pax ꝛ se

curitas: tunc repētinus superueniet interit⁹. Figura .ij. Re. xiij. Absalō sub specie pacis ꝛ amicitie inuitauit amō fratrē: quē oderat ad cōuiuium: ꝛ cū esset in cōuiuio fecit eū occidi. Sic caro ꝛ mūdus ꝗ nobis aduersant̄ inuitāt nos ad cōuiuia. et festa ꝛ cet̄. credimus esse securi tūc repente superuenit aliqñ mors corporis ꝛ aīe. Qꝛ igit̄ cum aduersariis nō habem⁹ bonā pacē pugnādum est. j. Maca. iij. Nos pugnabimus ꝓ aīabus ꝛ legibus nostris. Sed puto ꝙ multi pugnāt nō pro aīabus aut legibus: sed ꝓ dignitatibus. Luce. xxiij. Facta est cōtentio quis eorum maior quis veniet ad maiorem statum.

¶ In istis spectaculis est altercatio et contentio de ascendendo quilibet vult esse in altiori loco sed in altiori loco existentes min⁹ quiete residēt ꝛ semꝑ sunt in magno periculo. hoc solum hñt ꝙ vident plura ꝛ curiosa. Sic in mundo est cōtentio de ascensu ad dignitatem quilibet vult esse i altiori loco ꝛ min⁹ quiete residenf et sunt in magno periculo. hoc solum habent ꝙ plura curiosa vident plures equos et ciphos ꝛ cetera non plus comedunt Uidebis oculis tuis ꝛ inde non comedes: prophete hec non pugnabat apostolus ꝗ dicebat. j. ad Cor. ix. Sic pugno nō quasi aerem verberans: ille qui aerem verberat fatigatur et non habet nisi ventum ꝛ modicum sonum. Sic de hiis qui querunt ꝛ habent dignitates mundi: quia habent vanitatem et sonum. i. nomen quod cito transit: et culpam ꝛ penam in presenti et in futuro: ꝛ si ad hoc attederent: non sic ambirent. Quarto, quod valet ad resistendum est modus conueniēs aduersus nationes. ꝛc. Mod⁹ ꝯueniēs in pugnādo est vt subiiciātur ꝓpinque nationes q̄ aduersant̄ qꝛ magis possunt nocere ꝓpinque nationes q̄ nobis aduersant̄ in via dei ꝛ sunt parētes quādo nimis diligunt. j. Macha. iij. Nationes conuenerunt aduersum nos vt nos disperdant: ꝛ ideo deberent subiici ꝙ̄tum ad effectum alioquin multum erunt nobis in nocumentum. vnde Joel. ij. dicitur. Ne des hereditatem tuam in opprobrium vt dominentur natiōes. Sed puto ꝙ hodie in hereditate domini in ecclesia he nationes dñantur. i. carnalis affectio ad parentes: si vnus est eṗs cognati nepotuli ꝛet compatriote occupant in ecclesia dignitates et dominia ꝛ per hoc datur in opprobrium. Nota ꝙ si paterfamilias illos de domo sua eligeret ad colendum vineam suam ipsam ꝑderet: quia multi de domo nesciunt colere ꝛ si ponerentur in ea fruct⁹ comederent ꝛ nichil facerent: ideo consueuit in platea cōmuni eligere bonos operarios: sic est recte. Nam hii qui presunt ad colendum vineam eligunt illos de domo sua: non est aliquis ita paruus qui non ponatur in vinea ꝛ comedunt fructū ꝛ nichil ibi boni agūt. Deberent enim in platea in studio eligere bonos qui bene ad suam ꝛ populi salutem vineam colerent. De quibus dicit aplus. j. ad thim. v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur in presenti per gratiam in futuro ꝑ gloriam. Ad quam nos perducat qui sine fine viuit ꝛ regnat.

¶ Collatio.

Secundo tãgit diligẽtia curiosa in exequẽdo factores eximẽtium docet. ad hoc q̃ nauis bñ regat̃ ⁊ deducatur permanere duo requirunt̃ur. Primũ est vent⁹ ĩpellẽs. Sc̃d̃z est diligens executio ex pte naute: si em̃ nauta esset negligẽs dato q̃ hẽret ventũ ĩpellentez male deducet̃: sic adhuc q̃ aĩa bene deducatur per mare huius mundi duo requirunt̃: vent⁹ spũs.s. ipsam impellentis ad bene operandum. Grego. Porro ad faciendum bonũ quidam nobis bonus spiritus operatur profecto mouet et docet mouet memoriam mouet voluntatem ⁊ docet rõnem. vñ in psal. dicitur. Spũs tuus bonus deducet me in terram re. sed nõ sufficit impulsus spũssancti: sed requiritur ex parte nostra diligẽtia vt faciamus quod in nobis est. Sap. xiiii. Deducet me in operibus meis: sed sunt aliqui male deducti non possunt moueri per bona opera ratio est: quia q̃diu nauis [illegible] ligata alicui palo existenti in terra non potest bene moueri de loco suo: sed bene in eodem loco agitatur recte. sic est sunt enim aliqui qui sunt legati per amorem alicui palo quidam honorib⁹ alii diuitiis. ⁊c. Unde licet frequenter impellantur a spũssancto suggerẽte bono ꝓposito ⁊ mouẽte in sermonib⁹ ⁊ hmõi nõ tñ mouent̃ de loco in q̃ sunt bene agitant̃ per timorẽ nõ cõsiderãt statum in quo sunt ⁊ periculũ sed nõ mouent̃ quia statum deserere nolũt diabolus ita ligauit eos mundo q̃ moueri non possunt. Isa. xl Confortauit clauis vt non moueretur. Augu. lib. confes. Suspirabam ligatus non ferro alieno sed mea ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus ⁊ inde michi frenũ fecerat. Ista ligamenta diaboli soluere debemus et sic moueri ad bñ faciẽdũ. i. Heb. x. Date cõfessionẽ dño deo patrũ vestrorũ ⁊ facite placitũ ei⁹. et tãgunt̃ tria in auctoritate que libenter exequi debemus. Primo quia dei clementia vel magnificentia est laudanda. Date cõfessionem domino est enim triplex confessio peccati. de qua Jacob. v. Confitemini alterutrum pctã vestra. Alia est fidei. Luce. xii. Qui me cõfessus fuerit corã hominibus ⁊ ego. ⁊c. Tertia laudis in psal. Confitemini domino quoniã bonus. ⁊c: hanc autẽ triplicem confessionem debemus habere specialiter quãtum ad ꝓpositum spectat confessionẽ laudis quia bene collatum inuitat ad laudandum eum a quo est beneficium: scd̃m illud ps. Confitebor tibi cum benefeceris ei: et q̃nto beneficiũ est magis gratuitum: tanto recipiens magis tenetur laudare eum a quo recipit modo sic est q̃ omnes recipimus beneficia a deo: quia scd̃m Ja. Omne datum optimũ. Sed verum est q̃ beneficia collata clericis ipsa sunt magis gratuita: quia nec ipsi nec parentes laborauerũt in acquisitione eorum: et ideo eis potest dici quod habetur Johan. iiii. Ego misi vos metere quod nõ laborastis: alii laborauerunt ⁊ vos in labores eorum introistis. Recte sic est de viris ecclesiasticis: q2 hii qui dederunt in bona laborauerũt in acquirendo. Sancti etiaz primitiue ecclesie ꝓpter quorũ merita data sunt labores ⁊ aduersitates

sustinuerūt sed moderni sine labore ista possident: ꝛ ideo licet oēs teneant ad lauandū specialiꝰ: tñ ipsi ita ꝙ quilibet debet dicere qđ habetur in ps. Confitebor dño nimis in ore meo: ꝛ in medio eorum laudabo eum. Sed puto ꝙ sunt multi qui non nimis confitentur dño, sed valde parum: sicut sunt illi qui breuius ꝗ̄ possunt se expediunt de horis pretermittendo vel detruncate dicendo ad dānationem suam. Isti sunt similes nimis magnorū dñorū ꝗ magnas expēsas habent a dño vestes. ꝛc. ꝛ raro opantur de arte sua. Aliquādo post prandiū vellant ꝛ p totū residuū tēporis nichil de hoc faciunt. Sic ministri ecclesie qui sunt deputati ad psallandū domino vt populum et se excitent ad deuotionē: habent eñ magnas expensas a christo. Uestes. ꝛc. ꝛ tamen parum faciunt de hoc. Modi cum orant laudāt. ꝛc. debent timere illam maledictionē ꝗ̄ habetur Hiere: xlviij. Maledictus ꝗ opus dei facit fraudulenter: fraudem faciunt qui mercedem recipiunt et opus quādo debent facere nō pficiunt. De his loquit̄ Grego. Quid nos pastores agimus qui mercedem consequimur tamen operari nequaꝗ̄ sumus fructus qui ppe ecclesie in stipendio cottidiano recipimus. Sed tamen pro eterna ecclesiā minime in predicatione laboramus pensemus cuius damnationis sit sine labore hic percipere mercedē laborꝝ ꝛ multi sunt hodie qui nō solū nō laborāt pdicādo: docendo: orādo: sed sic laborātes impediunt figurati per saul. de quo. j. Re. hr̄ ꝙ cū dauid psalleret coram eo cum lācea voluit ipm confruere ad parietem. Sic ꝛ quidam psallentes/predicando/orando/vellent extinguere ꝛ alij agitant nō dubito. ¶ Scđm qđ tangit̄ in auctoritate est eius excellētia honorāda patrū nostrorꝝ. Si eñ scđz pceptū dei tenemur honorare parētes scđz illđ Deu. ij. honora patrē tuū. ꝛc. Multomagis dominū ex quo omnis paternitas in celo in terra nominatur. ad Ephe. iij. ꝛ ad Tymo. pmo Regi seculorꝝ immortali ꝛ inuisibili. ꝛc. Soli deo honor ꝛ gloria: sibi signanter debet exhiberi honor ꝛ ecce quomodo ei enim cui volumꝰ singularem honorem exhibere osculamur pedes: sicut summo pontifici qui est vicarius christi: pedes christi sunt pauperes: pedes enim inter alias partes inueniunt plura offendicula. Et ideo nō est mirū si aliquando leduntur. Sic pauperes plura offendicula habent in mundo famē nuditatē que sunt occasionis: offensionis: et turbationis. Ideo nō est mirū si aliquādo ledūtur per ipatientiā ꝛ in parte excusabiles sunt apud d[illegible]m. Grego. in omel. Cū quosdā pauperes aliqua reprehensibilia perpetrare conspicitis: nolite despicere quia fortasse quos superfluitas tenuissime prauitatis inquinat onus paupertatis curat. ¶ Istos vero pedes christi pauperes debemus osculari: osculum: signum est amicitie: vnde illi osculantur qui signa amicitie ostēdit sicut legitur Luce. vij. de Magdalena que osculabatur pedes dñi ꝛ vnguento vngebat. Sic pauperibus signa amicitie debemꝰ ostēdere ꝛ vnguentū dulcis cōsolationis impendere: ꝛ sic faciendo honorē christo exhibemus. Prouerb.

xiiij. Qui calumniatur exprobrat superiori eius honorat eum: qui miseretur pauperis: et nunc est necessarium sicut vnquam: quia tunc pedes maxime debent recreari quando inuenerunt duram viã. His autem diebus pauperes christi habent duram viam et habuerunt in plateis sunt inuenti mortui fame. Ideo debent nunc recreari per elemosynas. Sed hodie potest dicere christus multis quod dixit phariseo. Aquam pedibus meis non dedisti. Item osculum et cetera. Iste phariseus significat statum clericorum: quia pharisei dicenbantur ab aliis diuisi: et sic est de ministris ecclesie. Numeri. xvi. Separauit eos deus israel ab omni populo et iniunxit sibi vt seruirent ei in cultu tabernaculi. Et multi istorum nec osculantur nec aquam pedibus christi impendunt simplices laici plus faciunt incomparabiliter quam ipsi. Sunt enim sicut arche vel trunci qui sunt in ecclesiis: qui a perturam habent ad recipiendum: sed nõ ad extrahendum nichil potest extrahi. Sic de istis ad damnationem eorum nichil grauius quam vt fratres nostros pauperiores superbo oculo despiciamus conformes nobis intollerabili repellamus fastidio nostra indignos gratia indicãtes: quia sunt inopes.

¶ Tertio quod tangitur in auctoritate est: quia eius beniuolentia est captanda: et facere placitum eius. Ille enim qui captat alicuius gratiam aut beniuolentiam nititur facere quod placitum est ei. Et hoc verum est quando scit quod non est alia ratio habendi gratiam eius nisi opere: nunc est ita quod nos debemus multum captare gratiã christi quod vt habetur Actuũ. x. Per gratiam domini nostri iesu christi credimus saluari: nec apud deum subest alia causa habẽdi gratiam ex parte nostra nisi opus: non enim ibi valet cognatio nec patria. etc. Act. x. In veritate comperi quoniam non est personarum acceptor deus. Sed in omni gente que timet dominum et operatur iusticiam acceptus est illi: non sic autem est apud homines: quia frequenter magis est homo acceptus propter cognitionem aut patriam quia semper opus habet: apud dominum autem vt dictum est solum propter opus: et ideo cognari debemus vt faciamus quod placitũ est ei. Rom. xiiij. Inquirite vt facitis que placita sunt illi.

¶ Sed nota quod quando mulier preter virum sponsum habet amasium: tũc paruin curat placere spõso: sed solum amazio. vnde et se exponit periculo confusionis eterne. Sed boni tantum deo placere volunt: sicut recitatur de Enoch. Ecclesiastici. xliiij. Enoch placuit deo et translatus est in paradisum.

¶ Tertium ad quod nos hortatur est intelligentia fructuosa in ordinando. vñ Apocalipsi. j. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius et seruat.

¶ Nota quod dispensator non commẽdatur ex hoc quod multa bona recipit: sed hoc ex quõ bene seruat illa Nam quãto plura bona reciperet si male seruaret tam magis reprehenderetur: sic nec apud dominum commendantur qui multa bona documenta audiunt: sed qui ser=

uant. Nam magis condemnandi
sunt q̃ plura audiunt et pauci ora
seruant sed qui seruiũt beatifican
tur a domino. Mat. xix. Si vis ad
vitam ingredi serua mandata.
Que nobis seruare concedat. ꝛc.

¶ Item de eodem ser. ij.

Relinquo mundū va
do ad patrem. Joh.
xiij. Locum malum
ꝛ periculosum bonū
est cito relinquere.
Figura de moyse re
linq̃nte egyptum de quo dr̃ Heb.
xi. Fide moy. reli. egyp. Loc⁹ ma
lus ꝛ periculosus est mund⁹. Rō ē
inter alia pericula illa regio ē pe=
riculosior in qua est terremot⁹ qꝛ
nec est bonum morari nec edifica
re nec diuitias ꝯgregare. frequen
ter compertum est ꝙ multe ciuita
tes degluti̇̃unt ꝑꝑ terremotū. mun
dus est regio sita ĩ terremot⁹. Per
sona aliqua credit optime esse sita
edificata diuitijs: honoribus pote
statibus ꝛ amicis sed venit motus
s. febris vł passio aliqua et facit to
tum edificium tremere et aliquan
do deglutitur a terra inferni. s. qñ
innititur istis. sic terrenus qui in=
nitur terremotui. aperta est terra
ꝛc. ꝑꝑ quod periculosum est valde
esse in mundo propter eius inuti
litatem: ideo mundus est relinquē
dus. Ita docens nos christus face
cere non solum verbo sed etiam
facto et maxime isto tp̃e in maio
quando mundus monstrat hyla=
riorem vultum quia tunc a mūdo
cauendum est sicut a falso prodito
re ꝓpter quod ipse specialiter isto
tempore mūdum deserit ꝛ ascen=
dit ad patrē sicut dicunt verba ꝓ
posita Relinquendo ꝛc. vbi tangit
duo. Primo ꝙ nos debemus mun
dum relinquere ꝛ nous de luy re=
traire. Relinquo. differentia est in
ter reliquias pauperum et diuitū
qꝛ plus inuenitur ad comedendū
in reliquijs diuitum q̃ꝫ pauperum
tamen reliquie diuitum cum ma=
iori periculo comedūtur quia ibi
sunt plura ossa ꝛ plures ariste pi=
sciū. Unde homo qui comedit ni=
mis gulose non discernendo cito
inossatur ꝛ strangulatur ꝓpter ari
stam sistentē in gutture. Non sic i
reliquijs pauperum in quibus nō
sunt talia omnia ista bona mūdi nō
sunt reliquie quedam respectu bo
norū spiritualium. Aug. Cum sūt
tria bona glie et fortune ꝛ gratie
quasi nichil sunt bona fortune ad
alia bona spūalia comparata. Sed
ista bona fortune nō sunt ex equo
diuisa inter pauperes ꝛ diuites. pau
peres paruas reliquias habēt: di=
uites multas. Qui habēt diuitias
delicias adijciuntur. ꝫ isti satis co
medant p̄iculose tamen frequen=
ter pungunt spine peccati male ac
quirēdo p̄ vsuras ꝛ falsos contra
ctus. vñ qñ ita gulose accipiunt ne
sciunt discernere inter spinas fal=
si ꝯtractus. ꝛ bene acquisiti. ꝓuer.
Si fueris diues ꝛc. Accidit tamē
aliquando ꝙ sentiunt pūcturā: ve
nit febris que facit eos reuerti ad
ꝯscientiam ꝛ tunc faciūt sicut legi
tur de scolopendria pisce marino
qui est piscis valde gulosus q̃ pre
gulositate deglutit simul cibū cū
hamo ꝛ dum hami puncturam in
gutture sentit totū euomit ꝛ post
q̃ꝫ totum euomit rea accipit p̄ gu
lositate et magis auide et freq̃n=
ter strāgulat se. Sic isti cū magna

auiditate cōgregāt diuitias et acq ren do simul accipiunt falsum con tractum sed postq̄ deglutierūt ac= cidit q̄ febus facit eis sentire acu leū et hamū quem acceperunt et do lent multū et euomūt tūc q̄stū pos sunt cōstituūt executores volūt q̄ male acquisita reddāt. Sz si conti gat q̄ euadant q̄ non sentiant am plius dolorem spine iterum accipi unt quod enumerant et stragulant se sed pauperes viuunt magis se= cure quia communiter non habēt tales aristas vel ossa vel saltem nō tot ideo dicit Relinquo mundū p xpo. De toto mundo debemus fa cere reliquias quando persona in uenit dulcedinem et delectationez in eo quod persona sana et bene di sposita inuēit insipidum amarum et absq̄ dulcedine signum est q̄ talis persona habet gustum infe= ctum. Christus semper habuit gu stum bene dispositum nunq̄ fuit i fectus peccato et tamē omnia ista bona mūdana iudicauit esse relin quenda tanq̄ insipida et amara. De omnibus ipse reliquias fecit: et ideo persone que in mundanis recipiunt dulcedinem et saporem iudicant se habere gustum īfectū et conscientiam immaculatā. Igit mūdus relinquēdus ē ad q̄ nos monet petrus apostolus exemplo suo di= cēs xpo Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te vbi nota tria et p̄ mo quod omne totū in tribus con sistit et quia relinqunt tria. s. super= biam cupiditatem et tertio carna litatem ideo omnia reliquerūt sic et nos primo debemus relinquere superbiam. Nauis parua habens magnum velum et cum hoc ven tum contrarium est in magno pe= riculo ne sub mergat. Nos sumus nauis parua q̄ valde modici vir tutis sumus et cum habemus ve= lum .i. appetitum ita magnum et latum ad recipiendum ventum ho noris dignitates et talia. Sed pro certo ventus iste est nobis contra rius qui est vanitas mundana q̄to in altiori loco ponitur homo tanto i periculo maiori stat. Iste ventus siue vanitas maxie ɔsistit i curio sitate vestium. Dicit q̄d serpens hominem nudum qui vestimenta reliquit et deposuit non inuadit s; hominem bene indutum et ornatū sic demon personam turpiter orna tā. Figurā habemus Geñ. xix. de v xore putifar que apprehēdit lasci= uiā vestimenti ioseph dicēs. Dor= mi mecum qui relicto i manu eius pallio fugit et egressus est foras. Aug. dicit quod qui gloriatur i ve stibus silis est tinioso vel scabio= so qui gloriatur de capello q̄d por tat super tineā vel scabiē suā. Pro bat hoc q̄ alia de causa nō indigui mus vestimentis nisi quia peccaui mus omnes in adā vnde si nō fuisset pctm̄ nudi sine omni verecūdia in cederemus vestimēta ergo nostra sunt capellus cooperiens tineam et scabiem pctī nostri et ideo qui de ipsis gloriatur silis est scabioso glori anti de capello tinie sue. Multa a= nimalia sunt que non capiūtur ni= si ppter pellē sicut vulpes et catti et huiusmodi. ¶ Nota quod pater familias comburit pellem catti sui ne sperdat eum ita deberent facere mariti vxoribus suis admouendo vel diminuendo ornamēta sua cu riosa et superflua. Nota quedam mulier erat curiosa de pulchritudi ne manuum suarum ipsa mortua

inuēte sunt manus eius nigrio-
res quocunqꝫ carbone in signum
displicentie diuine. Secūdo debe
mus reliquere cupiditatem. Fig.
iij. R. xix. Heliseus relictis bobus
statim secutus est helyam per bo
ues qui semper vacant culture in
telligitur terrena cupid itas. Sed
nota qđ multe persone sunt sicut
Rachel que relicta domo patris
sui lab. ī iuit cum iacob tamen por
tauit ydola patris sui secum que
abscondit subtus stramenta came
li. Gene. Per rachel reliquentem
domum patris sui et que sequitur
sponsum id est christum intelligi-
tur beguina que secum frequen-
ter portat ydola patris sui id est
cupiditat ē siue diuitias. Coll. iij.
Auaritia que est ydolorum serui
tus et a bscondit subtus stramen-
ta cameli, ꝛ sub habitu beguinarū
sicut quandoqꝫ abscōdit carbo vł
pannus putridus sub globo fili cā
didi ꝛ cooperitur vnde facit sicut
serpens qui exuit pellem veterē
tamen retinet venenum. Tertio
debemus relinquere carnis volu
ptatē. Pue. viij. Relinquite infātiā
et viuite et ambulate per vias
prudentie oportet relinquere infā
tiā. Infantes ꝑpter ludum sunt in
luto tata die ꝛ in alijs sic homines
carnales ꝛ luxuriosi propter con-
placētiam et miseriam toto tpe vi
te sue. l icet longe sunt in fecibus
deliciarum carnalium sed scđꝫ do
ctrinam domini opꝫ relinquere ta
les infantias Math. xxix. Omīs
qui reliquerit domū. ꝛc. sequitur
ꝑpter nomen meū. ꝛc. Delitie enī
retinēt hominem sicut glutinū re
tinet aues per alas. Cum enim a
uis descendit ad escā et inuenit glu
tinum non poīt nisi alam solum et
sic depluinatur et anteqꝫ rece-
dat capitur. Sic aliqui in carnali
bꝰ delicijs nolūt ponere nisi alam
aliqꝫtulū solaciari: solū ponūt ꝟbū
auditū vel aspectū ꝛ interdū capi
tur a diabolo et detinēt illo malo
glutino. Nota de illis qui vt nu-
bes volant in ysa. igitur relinquo
mūdū Joh. ij. Nolite diligere mū
dū nec ea que in mundo sunt. Sꝫ
nota quedā persone licet videant
mundū abijcere dimittendo sclm
tñ que in mundo sunt diligunt di-
uitias delitias ꝛc. sicut latro nō di
ligit bursam quam amputat sed ꝓ
ijcit diligit tamen pecuniam que
intra bursam est. Secundo debe-
mus nous trauailler de bien faire
vado ad patrem. Persona habens
facere longum iter habēs tēpꝰ ap
tuꝫ et breue tunc non pōt habere
ita bonū ꝯsilium nisi qꝫ statim va-
dat absqꝫ dilatione. Vñ qui consu
lit ei contrariū. s. quod dormiat se
deat et quiescat decipit euꝫ. Nos
habemus facere longā viam ps.
Longe a pctōribus [illegible]ꝰ nūc tempꝰ
est breue. Apoc. xxxv. Sciens qꝛ
modicū tempus habes sed tamen
aptū. Cor. vi. Ecce nunc tempus
acceptabile diem pro anno do tibi
Nota quomodo iudas saluari po
tuisset si solaꝫ horam essendi cum
corpore habuisset. Grego. Si sci-
ret homo quo tpe. ꝛc. ꝓuer. vi. Va
de ad formicam o piger et ꝯside-
ra vias eius ꝛc. Formica granum
deferens ad fossam suam quia nō
potest intrare diuidit illud sic si
vis ad vitam ingredi pondera di-
uitias et diuide. Vultur non tol-
lit de preda nisi qꝫtum potest por-
tare volando. Item in estate con

gregat pro hyeme. sic cōgrega in statu ,pspero ,p statu hyemis mortis. Unde videas quod factūt executores ⁊ heredes. ideo tu debes sic prouidere tibi vt inuenias i futuro seculo vitam eternam. Quaz nobis concedat ⁊ cetera.

¶ De rogationibus..

Petite ⁊ accipietis vt gaudiū vestrum plenū sit. J. Pe. iiij. Uulgariter dicit. que bon marchie trait argent de bourse. De nullo pōt ita bonū forū haberi sicut de spūalibus reb⁹ qđ ptz cōsiderando eorū valorē ⁊ precij paruitatē. Q̄tū ad valorē ptz scḋm Augusti. ij. de doctrina xp̄iana. Hec ē differētia inter spūalia ⁊ tēporalia q₂ tēporalia qñ nō hn̄tur estimant maiora q̄₃ sint. Spūalia vero qñ nō habent nihil esse vident. cū autem habent maxima reputant. qđ etiā natura doc[et]. Qui enī vident i medio densiori maiora vident sicut pisces in aqua. q̄ autē in medio rariori vident minora: vt stelle in celo. Similit corporalia ⁊ cōsolationes de eis habite cum sint in reb⁹ grossiorib⁹ in mēte nostra vident nobis maiores q̄₃ sint. bona vero spūalia ⁊ cōsolationes in eis accepte vident parua cū scḋm veritatem sint maxima. Modo sic est q₂ ille qui emit rē quā credit esse meliorē q̄₃ sit: pōt decipi nō autē ille q̄ emit rē q̄ semp est melior q̄₃ credatur. Et ideo ementes tēporalia frequentius decipiunt. qui emit eam superlucrat. sed ementes spūalia semp lucrant. ergo emam⁹ spūalia Cor. xviij. ¶ Itē q̄tum ad preciū quia tēporalia non acquirunt sola petitione: spūalia vero sola petitione impetrant. Luc. xj. Petite ⁊ dabitur vobis. Non pōt esse melius forū ideo xp̄us ,pponit nobis hoc forū in euangelio dicens. Petite. ⁊c. vbi tangunt etiā. primo alacritas preueniens. Petite. scḋo liberalitas alliciens. ⁊ accipietis. tertio vtilitas pueniēs vt gaudiū ⁊c. ¶ Quantū ad primū notandū est sicut dicit Crisostō. in⁹ sup Math. Petentis negligētia redarguitur cum de bonis mia non dubitatur. De misericordia autē dei non dubitatur vel nō est dubitandū cum ipse moueat nos petere. Petite. Hieronym. dicit reprehensibiles sumus si non petamus. sed audiam⁹ quod dicit Jacob. decimo. Petite a domino pluuiam. Per pluuiam sine qua terra non fructificat: sed resoluitur in puluerem ita vt a vēto hincinde dispgitur: intelligitur gratia sine qua nō est nobis fruct⁹ boni opis nec aliquid soliditatis: sed velut puluis ducimur ⁊ dispergimur in diuersavitia quolibet vēto temptationis. Hec est pluuia qua descendēte celu₃ dicitur aperiri. ⁊ non descendente claudi. iij. Reg. octauo. Sicut clausum fuit celum et non pluit propter peccata eorum et orātes in loco isto penitentiam egerunt nomini tuo ⁊ a peccatis suis conuersi fuerunt ,pter afflictionē suā exaudi eos in celo et dimitte peccata seruorum tuorum et populi tui israel ⁊ ostende eis viam bonam per quā ambulent ⁊ da pluuiā sup terrā quam dedisti populo tuo in possessionem.

hec pluuia non descendit nisi peta tur. nisi eni vapores ascendant ab inferiorib⁹ nunq̄ pluuia descēdet: sed postq̄ vapor ascendit ⁊ condē satur in nube: pluuia descendit et terram fructificare facit. ps. Ope rit celum nubib⁹ ⁊ parat terre plu uiam: vapor ascendens a corde no stro ad deum est oratio, scdm illud Apoca. Ascendit fumus de oratio nibus sanctorū: post cuius ascen sum descēdit pluuia gratie ad cor da nostra vt fructificem⁹ in operi bus meritorijs quod fuit figuratū in helia. ij. Reg. iij. et recitat Jac. vlti. Orauit ⁊ celū dedit pluuiam. Si ergo volumus habere pluuiā gratie teneam⁹ consiliū a postoli. Cū omi oratione ⁊ obsecratiōe pe titiones nostre ⁊c. Sed videte qn̄ q̄ post eleuationē vaporū ⁊ eorū condensationem in nubem non se quitur pluuia. Sed ventus: q̄ va por est fict⁹ ⁊ efficitur materia vē ti: sic orationes ⁊ petitiones quo rundā non conuertunt in pluuiā gratie. s; in materiā vēti q̄ putre fiunt propter vanitatē ⁊ laudē hoim. ¶ Nota de sancto viro qui vidit dum clerici cantarent diabolū te nentē saccū ⁊ implentē de cantu eorum. Prouerbio. xxxv. Nubes ventus ⁊ pluuie non sequētes qn̄ scilicet descendit pluuia gratie li cet non possit sciri per certitudinē pōt tamen haberi pbabilis conie ctura talis: quia sicut pluuia natu ralis cadens in cineribus facit vi deri minus esse ⁊ quasi adnihila ri: sic gratia descendens in cineri bus cordis hominis facit hominē minorē videri per humilitatē ps. Pluuiam voluntariam se greg. de bet ⁊c. habem⁹ igitur quod peta mus q̄ pluuiā gratie. Secundo de qua. quia a domino. Debemus em̄ petere illud quo pueniam⁹ ad regnū celorum. hec autē facit plu uia diuine gratie que a deo descē dit. hec em̄ est nostra aqua: aq̄ eni tantū ascendit a q̄to descendit. io diuina gratia sicut descendit a do mino: ita eleuat ad dominū ⁊ ascen dere facit hominē vsq̄ ad deum. Joh. decimo. Aquam quā ego da bo fiet fons aque salientis in vitā eternā. ⁊ hoc pōt perpēdere homo q̄ntum pficit in gratia: vnde. Job. Deprecabor dominū qui dat plu uiam super faciem terre. Sed quā do debem⁹ petere. sequit: tempo re serotino. Scriptura facit men tionem de duplici pluuia: sc; de tē poranea ⁊ serotina ⁊ vocat ad lit teram pluuia tēporanea: quādo se mina iaciunt ⁊ ea facit crescere. Serotina vero: q̄ messem ad ma turitatem pducit ⁊ phibet ne gra na nimis sicca cadant in terra: p pter qd̄ significat: q̄ nec iuuenes qui sūt quasi semina nec senes qui debent esse maturā messis fru ctificat in operib⁹ bonis nisi per pluuiā diuine gratie. Sed aduer tendum q̄ pluuia tēporanea faci lime descendit super semina de no uo iactata vt patet in octobri ⁊ ve re. tunc enim seminatur ⁊ pluit cō muniter satis. Sed pluuia seroti na non ita descendit super messem maturum nec ita faciliter: sed iun guntur tonitrus precurrūt fulgu ra anteq̄ descendat pluuia. Sic qn̄ iuuenes applicant sibi fructus bo norum operum de facili pluit sup eos pluuiam gratie. Sed senes in durati in malis non recipiunt plu uiam diuine gratie fructiferā in

bonis operibus: nam raro ⁊ cū dif
ficultate oportet ꝙ prius veniant
tonitrua discurrant fulgura: qꝛ ta
les nō reducunt̄ ad bonū nisi per
tribulationes graues quas deꝰ im
mittit. ps. Fulgura in pluuiam fe=
cit: qꝛ tamen nihil deo īpossibile.
ipse dat pluuiā matutinā ⁊ seroti=
nam. metuamꝰ ergo dominū q̄ dat
nobis pluuiam temporaneam ⁊ se
rotinam.

¶ Quantum ad secundū sciendū
est ꝙ quāuis om̄i tēpore accipiat
amicus ab amico illud quod pe=
tit eo quod amicorū est idem vel=
le. potissime tamen in recessu. Exē
plū. iiij. Reg. secūdo de helia qui di
xitꝰ de heliseo. Si videris quando
tollar a te erit qđ petisti: ꝑ hūc mo
dum xp̄s recessurꝰ a discipulis di=
xit eis. Petite ⁊ accipietis: similē
oblationē facit nobis. Matth. xxj.
Omnia quecunqꝫ orantes petitis
credite qꝛ accipietis. Sed cū scri=
ptū sit. Johan. decimo. Petitis et
non accipitis eo quod male. pet.
Quid est qđ dn̄s dicit oīa q̄cūqꝫ ⁊c.
Non contra[dic]it apl̄s xp̄o: qꝛ qđ
negat male petentibꝰ xp̄s ꝓmittit
bene petentibus: ergo est latitudo
distributionis / omnia quecunqꝫ:
qualis aptitudo conditionis: cre=
dite: quanta certitudo promissio=
nis: accipietis. Latitudo distribu=
tionis non extenditur ad que=
cunqꝫ simpliciť qꝛ nō ad mala cul=
pe nec ad bona fortune: sed solū
ad bona gratie ⁊ glie nō ad mala
culpe: qꝛ nō est petitio dicēs a deo
Non decet aūt petere a deo id qđ
auertit ab eo cuiusmodi est culpa:
⁊ si petat̄ non accipit̄. vnde Chri=
sosto. in omel. Uidisti nunqꝫ eūtes
ad furtū orare dn̄m vt ꝓsperetur
ī furto. aut qui vadit ad fornicatio
nem nunqꝫ signū crucis ponit in
fronte: ne deprehendat̄ in crimine
qđ si fecerit nō iuuat: qꝛ nescit iu=
stitia dei patrociniū dare crimini
bus. ꝓpter qđ dr̄ Matth. vij. Pat
vester qui in celis est dabit bona
non mala petentibꝰ se nec extēdit
se illa distributio ad bona fortune
scꝫ diuicias ⁊ honores. iō non sunt
petenda ab eo ⁊ petentibꝰ pōt di=
ci illud Matth. xx. Nescitis quid
petatis: qꝛ vero malū signū est in
ꝓsperitatibꝰ habundare cuius ra
tionē reddit Greg. d. Desperatis
egris q̄cquid infirmi petierunt me
dici dari precipiūt. Eis aūt qui re=
duci possunt ad salutē: q̄ appetunt
eis dari cōtradicit̄. Certe infirmi
sumꝰ scđm illud Math. Caro autē
infirma. nec expedit ꝙ semꝑ detur
nobis illud qđ desideramꝰ de bo=
nis tēporalibꝰ ⁊ si petimꝰ non acci
pimꝰ: qꝛ male petimꝰ. vn̄ Beda in
omel. Male nāqꝫ petunt cū terre=
stria magis q̄ꝫ celestia bona requi
rūt. Solū ergo ista distributio ex
tendit̄ ad bona gratie. hoc em̄ oīs
qui petit accipit. Luc. xj. ⁊ rōnabi
liter: qꝛ quicq̄d nobis ꝓmittit̄ aut
cōfertur: totū fit merito xp̄i. vnde
om̄es orationes nostre terminant̄
per dominū ⁊c. Nullus aūt habet
ratū qđ eiꝰ nomine nō est gestum
ꝓpter qđ illud solū ꝓmittit̄ ⁊ ipe=
trat̄ qđ eiꝰ noīe petit̄. Nō petitur
aut aliq̄d in noīe Jesu qđ est neces
sariū ad salutē: aut ad eā ꝓmouet
ꝓpter qđ em̄ dictꝰ est iesꝰ. Math.
j. Uocatū est nomen iesus. Ipse eni
⁊c. Hec autē sunt bona spūalia ad
illa extenditur hec distributio. si=
cut ipse dicit. Quodcunqꝫ petieri=
tis patrem ī nomine meo hoc fa=

cite. Johan. nono. In latitudine distributionis videnda est aptitudo conditionis credite. Hec enim est conditio conueniens que credere dicatur a credulitate siue a credētia. Per fidem enim ꝛ credulitatem impetremus a domino: quod petimus: filijs enim petita faciliter conceduntur. Per fidem enim adoptamur i filios dei. scd'm illud Johan. i. Dedit eis potestatē ꝛc. Cuius ratio est. Quia imperfecta adoptione qui erat sui iuris transit in imperium adoptantis. Sic homo q naturalit' est liber iudicādo ꝛ sequendo iudicium rationis. Per fidem submittit ꝛ captiuat intellectum suum in obsequium christi: ꝛ sic adoptatur in filium. Talibus enim vt dictū est: petita facilius conceduntur. ergo fides impetrat q petitur. ita videt' arguere xp̄us Luc. xi. Si vos cū sitis mali nostis bona dare filijs vestris idē q̄to magis pater vester celestis de celo dabit vobis spiritū sanctū bonū: petentibus se. ideo sequitur et accipietis. Si credere sumat' a credentia. aliqui eñ mercatores sunt ita pauperes q non possunt facere aliquā credentiā. s; oportet q stati soluant'. ꝛ tales nunq̄ ditantur ꝛc. Alij vero qui faciūt longas credētias, multū ditantur ꝛc. Sic aliqui nullam credentias faciunt deo ita tum volūt solui. sicut illi q nō irent ad ecclesiam: nisi statim eadē die haberent distributiones. ꝛ tales nichil vltra a deo possunt petere nec spiritualiter ditant'. S; illi qui deo seruiūt ꝑpter fructū bonoꝝ operū hij quasi nihil hic recipiūt: sed faciunt deo credētiam. scd'z illud. Esa. xxv. Qui crediderit non festinet isti possunt a deo petere aras bonoꝝ que expectāt scz bona gratie: que sunt pignus ꝛ are bonoꝝ glorie, ꝛ talibus ꝑmittunt'. Math. xxi. Quicq̄ petieritis in noīe meo accipietis. Et hec est certitudo ꝓmissionis: vulgariter dicit' q promissio diuitis valet solom̄. q2 verecundum est probo homini ꝛ diuiti qui potest complere ꝓmissa deficere in promissis. Propter quod deus qui est diues in omnes qui inuocant illum: quicquid promitterit soluit non sic mundus quia illa q̄ promittit comparant' vmbre q̄ fugit persequentē ꝛ sequitur fugiētem. Unde Bern. hec hominibus mundana gl'ia ad amatores suos contemnit ꝛ diligit cōtēptores ad modū vmbre quam fugiendo nemo potest effugere. nec sequendo assequi. Rogabimus dominū ꝛc.

¶ De ascensione domini.

Ascendit pandens iter ante eos Michee. xxi. c. Uolēs ire secure indiget ductore ostendente vias maxime q2 oportet ipsum inter hostes trāsire ꝛ vie sunt diuerse: a via ad bonum hospitium: vel ad malum. Figura. Exod. xiiij. q2 filij israel ibant ad terram promissionis, inter hostes trāseundo per diuersas vias dn̄s precedebat eos ad ostendēdam vias: vita presens via est ꝛ transitus ad futurum seculū. Sap. ij. Umbra trāsit' est tēpus nr̄m. Sicut eñ vmbra fugit sequētē ꝛ amplectētē. sic vita p̄ns fugit eos qui ipsa; delicijs ꝛ delectationibus amplectunt'. Item sicut

¶ Nota passus fortes custodiũtur edificando sup eos turrim vel pro pugnacula a quibus iaciuntur la pides vel sagitte: sic a corde bene custodito iaciũtur lapides orãtio num z sagitte operationũ ne demõ audeat appropinquare. Cant. iiij. Sicut turris dauid collum tuum que edificata est cum propugna culis: tales passus committuntur custodiendi fortioribus z audatio ribus talis passus cordis cõmitten dus est custodie dñi q ibi dz habi tare sicut dr Paral. xxij. Prebete corda vestra vt i queratis dñz deum vestrum: consurgite et edificate sanctuarium. ¶ Nota auctoritas tangit quattuor puncta necessaria ad perfectam custodiam humani cordis a deo. Primo enim requirẽ dus est domin⁹ superioris poten tie. Queratis dominum secundum differentiam causarũ est differen tia iudicum z dominorũ. Cause mi nores spectant ad iudices superio res. Figura Exo. xviij. dixit Jetro moysi de iudicibus minoribus fi liorum israel quicqz maius fuerit referant ad te minima tantummo do iudicent: z inde est q licet cau se terrene z pecuniarie pertineant ad iudices minores causa tamen sanguinis communiter ad domi num superiorem. Unde subditus quando in causa sanguinis iniuste opprimittur z impugnatur debet reccurrere ad dominum superio rem: ad quem spectat in causa san guinis absoluere z liberare: demo nes persequuntur homines ad san guinẽ z ad mortem. Unde [illegible] sona eo rum dicitur P[illegible] o. j. Insi diemur sanguini: abscondamus te diculas contra insontem.

¶ Nota differentia est inter hoste qui persequitur ad occidendum: z predonem qui persequitur ad spo liandum. Ille qui persequitur ad occidendum videns eum onustum gaudet: nec vellet q onus depone ret qto enim est magis onustus: minus potest fugere capitur faci lius. vnde impedit ipsum ne onus deponat. Ille qui vero persequi tur ad spoliandũ similiter gaudet quãdo videt hominẽ onustum. Uñ predo spoliator sequitur hominem onustum non vacuum: sed amplius

gaude. quando deponit onus. Unde quia solum querit spolia nō curans de persona onere deposito ad onus ad spolia currit nō curās de hoie quocunq; fugiat nec quocunq; vadat. Recte talis est differentia inter mundum et dyabolum. Mūdus enim sequitur immo persequitur ad sepeliandum ad bona tēporalia rapienda. Unde mundus videns hominem bonis temporalibus onustum ɀ plenum ipm gaudendo sequitur ɀ illi obsequitur donec deponat spolia in morte tunc mundus amici mundani currunt ad spolia non curantes ꝺ persona. Prouer. j. Omnē substantiā preciosam recipiemus: ɀ iplebimus domos nostras spolijs. ɀ Seneca Mel musce: frumenta formice: cadauera lupi: predam sequitur turba hec non hominem. Igitur mundus sequitur hominem ad spoliādum: dyabolum vero insequitur ad occidendum. Isay. lix. Festināt ut effundant sanguinem. ideo videns hominem onustum bonis tēporalibus gaudet. nec tunc vult ꝙ ea deponat vel deserat: quia facilius occiditur per peccatum. Diues onustus ē pauper mundus. Ecclesia. xj. Si fueris diues non eris immunis a peccato. Igitur ex quo demon hominem insequitur et impugnat in causa mortis et sanguinis requirendus est dominus superioris potentie ad quem spectat liberare. Queratis inquit dn̄m dum inueniri potest. Inuocate eum dum prope est. Mirum est ꝙ homo vulneratus ad mortem non inuocat dominum ad iutorem maxime cum prope est paratus iuuare. Rō homini existēti in balneo extrahitur sanguis sine dolore. Unde existēs in balneo licet emittat sanguinē nō tn̄ querit adiutorem: q2 nō sentit dolorē immo subito moritur. Sic demon ponit hominem in balneo praue delectationis, ppter ꝙ sanguinē. i. animam perdit. Deut. xij. Sanguis eorum pro anima est tn̄ quia propter balneum delectationis non sentit dolorem culpe: ideo non requirit auxilium diuine potentie. Prouerb. xxiij. Uerberauerunt me et non dolui. ¶ Secundo isti domino exhibendus est locus maioris decentie: prebete cor vestrum. Qui tenet castrum in feudo tenetur ipsum exhibere domino a quo tenet ꝗdiu indiget castro ad impugnandum aduersarium: specialiter quando dominus pugnat ꝓ communi vtilitate. Isay. lxiij. Ecce qui loquor iudicium ɀ propugnator sum ad saluandum. In ista impugnatione maxime indiget castro cordis ꝙ patet sic: tempore guerre: habere terram plenam animalibus habundantem in fructibus ɀ alijs terre nascentibus parum valet domino ad impugnandum aduersariū. Immo potius ista sunt causa et occasio ꝙ dominus et terra inuadatur ab aduersarijs. Aduersarius enim magis incitatur ad inuadendum terram in qua sunt multa animalia et tēpore quo habundāt terre nascencentia istud enim est tempus quo solent reges ad bella procedere secūdi Regū. xj. Quando habundantia terre nascentium inuenitur: sed habere castrum forte in terra aduersarij valet potissime ad ipsum ipugnādū. Sic christus ad impugnandum de

monem nō indiget. animalibus.i. motibus sensualitatis z carnalitatis:terre nascētib⁹: id est terrenis diuitijs. Ista enī non iuuant ipsum ad impugnandum demonem. sed potius econtrario faciūt ꝙ in mēbus suis a demone impugnatur. Figura Numeri.xj. vbi legitur ꝙ filij israel impugnabantur z temptabantur ex memoria aliorū carnium et peponum quibus habundauerant in egypto. Sed christus ad impugnandum demonem indiget castro bono et forti:scilicet corde humano:ideo petit prouer. xx. Fili mi prebe michi cor tuum:z certe si prebes deo cor tuū facies de eo sicut domin⁹ de castro quod multum diligit. Munit ipsum omnibus necessarijs facta munitione omnia exteriora arbores et cetera quibus hostes inuadentes possent sustentari eradicat et prescindit. Tunc reputatur castrū forte quādo est bene munitum interius: et omnia quibus possent impugnari sunt eradicata exterius: sic deus ī habitando corpus humanum munit ipsum necessarijs donis scilicet gratijs z virtutibus purgat z liberat a superfluis z nociuis: a cura carnalium mundanorum que cordi humano sunt in damnum: et nocumentum. Luce.xxj. Attendite ne grauētur corda vestra a crapula.et ebrietate et curis huius vite.igitur. Prebete corda vestra. Sed nota. Quidam prebent cor suum deo quasi donatione legati siue causa mortis: que donatio est reuocabilis. Unde isto modo hodie datur et cras reuocatur. Sic multi causa mortis:id est timore mortis dant cor suum deo in statu z periculo mortis dant deo cor suū ꝑmittunt mirabilia transacto periculo totum:reuocant et adulterant bonū dant cor suum donatione inter viuos:que est liberalis z irreuocabilis. vn̄ talis donatio durat vsqꝫ ad mortem Eccle.xxviij. Cor suū dabit in ꝯsūmatiōe operꝫ. ¶ Tertio iste domin⁹ est inueniēdus studio amplioris diligentie. Consurgite secundum naturā virtus est fortior z maioris virtutis: quando pugnans est superior: ita ꝙ percutit illū qui est subsequēs ecōtrario quando percutit supra se. vnde in pugna quilibet conatur consurgere contra alium z esse in loco superiori quia locus superior est melior ad impugnandum ꝙ̄ꝫ inferior. Gene.iiij. consurrexit caym aduersus confratrem suum et interficit eum. Sic in pugna spirituali contra demonem virtus est fortior quando percutiens est superior. In figura pugil hui⁹ noster xp̄s qn̄ cōsurrexit contra demonē [illegible] Sup crucē ascendit nunc [illegible] mundi huius eijcietur foras:ideo volens fortiter pugnando christū iuuare ad propriam salutem debet consurgere: id est cum adiutorio christi surgere d̄ statu culpe ad statum penitētie z gratie. Colo.iij. si cōsurrexistis cum xp̄o que sursum sunt querite quelibet res fortior ē in loco suo naturali z virtuosior. Unde ignis cuius natura ē sursum esse est purior et calidior quando est superius. Ubi tangit spheram lune ꝙ̄ꝫ inferius vbi alteratur et permiscetur:cum aere :natura anime rationalis est esse sursum cum deo et angelis per cōtemplationem z dilectionē. vnde quando

sic ad dominum consurgit corpis passiones domando et superando efficitur fortior spūaliter. Unde viris sanctis assuetis contemplationi non est difficile passiones corporis superare. Isa. lij. Consurge consurge induere fortitudie tua syon econtra quando corpori condescēdit voluptates querendo sequēdo debilitatur ꝛ ad amorez terrestriū inclinatur. Corpus ꝙ corrumpitur aggrauat animam et deprimit sensum. Sic dr̄ Sap. ix. Sicut et in dolio quantumcunqꝫ bono, vinū superius est bonum et forte. Inferius vero vbi tangit feces ē debile ꝛ impurum. sic anima in corpore superius ex parte dei ꝛ bon orū spiritualium est pura et fortis. Inferius vero vbi tāgit feces carnis per consensum et delectationez fit immunda et debilis.

¶ Quarto. Locus est parandꝰ artificio melioris resistentie edificate sanctuarium aliter edificantur castra in confinio regni Ubi ē pax quia aduersarius non potest illuc terram in aliquo pturbare In confinio regni castra edificantur ꝛ parantur ad resistendum et pugnandum. Unde indigent armis ꝛ gladiis castra in medio regni vbi est pax edificantur ad quiescendum ꝛ delectandum propter ꝙ indigēt delectabilibus picturis et preciosis ornamentis. Scriptura appellat castrum animam rationalem in canticis. quid vides in sunamite nisi choros castrorum.

Sed anima in mundo est castrum situm in confinio mundus em̄ iste est consilium inter regnum christi s. paradisum: ꝛ regnum dyaboli scilicet infernum. Ideo in mūdo isto castra dei id est boni miscenꝫ cū castrꝭ diaboli. i. cū prauis et malꝭ peccatoribus sicut enim ī commixtione metallorum bonum preciosum trahitur ad naturam minus boni et villis sicut patet in commixtione monetarum in eadem bursa. Moneta cuprea facit monetam argenteam deteriorem. non econtrario argentea enim facit cupreā meliorem. sic ex commixtione bonorum cum malis boni fiunt deteriores non mali meliores. ps. Commixti sunt inter gentes, didicerūt opera eorum et factum est illis in scandalum ꝛc. chrisostomus super mat. rerum natura sic ē vt quotiēs bonus malo cōiungitur non ex bono malus melioratur: nec malo bonus contaminatur. Uniuersitas enim rerum nunqꝫ potest habere concordiam et multos sollicitat societas nephāda. quia igitur cor humanum in presenti mundo est castrum situm in confinio inter hostes debet edificari parari armis virtutum ad pugnandū. cant. viij. Edificemus super eum propugnacula. Figura Nee. iiij. Quilibet vna manu faciebat opus altera tenebat gladium. Sed in paradiso anima edificabitur et parabitur. non armis ad impugnationez seu deffensionem. immo ornamentis ꝛ dotibus glorie ad decorem ꝛ delectationem.

Thob. xiij. Porte hierusalem ex saphiro et smaragdo edificabūtur quia iste est locus non turbationis sed quietis et pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Ad istam requiem nos perducat ꝛc.

¶Collatio.

Secundo tangitur habitationis preparatio sufficiens ad retinendum sanctificate. Non sufficit hospitē bonum ꝛ dilectum inuitare ꝛ recipere: immo oportꝫ ipsum retinere. Unde sic domus debet parari et ordinari. vt non solum libenter veniat sed postq̄ venit maneat ꝛ quiescat figur. iiij. regū. iiij. Mulier postq̄ dixerat marito suo de helyseo animaduerto ꝙ vir dei sanctus est iste qui transit per nos frequenter subintrit. Faciamus ei cenaculum ꝛc. vt cuꝫ venerit ad nos maneat ibi domus quā vult xp̄s. non solum intrare sꝫ ꝛ inhabitare ꝛ ibi manere est cor nostrum. Prouer. viij. Delitie mee cum filijs hominum. Nota si deus reputat delitias esse nobiscum plꝰ debemꝰ reputare esse cum deo.

¶ Nota ꝙ talpa non videt solem ad lumē eiꝰ nec delectaꝛ sꝫ tristatur Delectatur vero sub terra radices arborum corrodendo.

¶ Sic multi non videntes nec sentientes presentiam ꝛ dulcedinem xp̄i in missis et sermonibus Sed in terrenis cupiditatibꝰ ꝛ voluptatibus. de quibꝰ Job. xxx. Esse sub sentibus delitias computabāt. Apparatus vero seu ornatus ad istaꝫ inhabitationem necessarius est. s. sanctitas et puritas p̄s. Tu autem in sancto habitas laus israel. sicut enim ecclesia polluta indigna est diuina mansione et inhabitatione nisi primo sanctificetur ꝛ reconcilietur. Sic cor humanum ecclesia polluitur propter sepulturam heretici et tunc ī reconciliati one ante omnia oportet sepulchrum aperiri ꝛ hereticum exhumari ꝛ eijci. Deinde potest eccl'ia reconciliari ī spiritualr. ; In eccl'ia sepelire hereticum est in corde suo absconder ꝛ operire peccatum Sicut ei fetor cadaueris mortui maxie ledit et inficit sepelientez inm̄ ꝙ ipsum quandoqꝫ interficit. sic fetor peccati maxime ledit celantem et abscondentem Eccl'i. xxxviij. Qui abscondit scelera sua nō dirigitur tale cor est pollutum indignuꝫ diuina mansione ꝛ inhabitatione nisi recōsilietur. Isto modo vt sepulchruꝫ cordis primo apperiatur in cōfessiōe ꝛ sic exhumetur ꝛ eijciat cadauera peccati. Tunc primo sanctificabitur vt xp̄s ibi digne inhabitet ꝛ moretur. De isto modo sanctificationis dr̄ Eccl'. ij. Qui timet dominū p̄parabunt corda sua ꝛ in conspectu illius sanctificabūt aīas suas. Item numeri. vij. Compleuit moyses tabernaculuꝫ ꝛ e[illegible]xit. illō vnxitqꝫ et sanctifi[illegible] cu omnibꝰ vasis suis. Tāgit auctoritas q̄tuor ad sanctitatē seu munditiam cordis necessario reqsita. Primo enim oportet ꝙ cor nostrum elongetur a terrestrium contagio ere xit secunduꝫ naturam in arbore inuenitur multitudo fructuus pulchritudo florum in illa sola pꝫte in qua arbor erigitur eleuatur a terra ꝛ scdm ꝙ rami eriguntur amplius eleuantur a terra. et secūdum hoc fructus est dulcior et sapidior pulchritudo florum maior et delectabilior Uerum est ꝙ materia fructus et floris trahitur et ministratur a terra sed virtute caloris naturalis transmutatur

et conuertitur in florem et fructū Mat. viij. d: Uideo hoies velut arbores ambulantes. Ista arbor quādo eradicatur et euellitur per mortem nec habet florem conuersationis nec fructum operationis post mortem. nec habet locū honesta conuersatio/nec meritoria operatio. Sed q̄ꝺdiu ista arbor tāgit terram parte inferiori. s. corpore e leuat erigit pte supiori. s. corde cū pfert florem. i. pulchritudinem conscientie et fructum operatiōis bone vel scdʒ q̄ cor est magis erectū et eleuatū scdm hoc flos. i. pulchritudo conscientie est maior et fructus operationis bone dulcior et sapidior. Unde habens in se talis potest dicere illud Thob. iij. Ad te domine faciem meam conuerto Ad te oculos meos erigo sicut ei rami terre propinqui habent fructus insipidos imaturos. Sic homines terreni non habent fructus nisi delectationes acerbas scʒ amaras delectatiōes peccatorū. Sap. ... fructus eorum inutiles ꝛ acerbi ad manducādum. Fructꝰ acerbus tollit sensuum perceptionem Fructus vero dulcis est delectabilis dictum est quod materia tā floruin q̄ fructuū ministratur a terra post modum calore naturali dirigitur et transmutatur in fructū ideo arbores frigide non florent nec fructificant q: nō possunt istū humorem dirigere nec cōuertere Sic materia pulchritudinis conscientie operationis bone ministratur a mundo dum tamen homo bonꝰ/calorem caritatis ꝛ dilectionis habeat ad bene dirigendum et conuertendum. Si enim mundus ministrat supplicia. ꝛ aduersā/ caritas materiam istam cōuertit in vir tutem pietatis ꝛ misericordie. Unde, quicquid ministrat mundus calor caritatis transmutat et conuertit ad fructū meritoriuʒ hominis. Ro. viij. Diligētibus dn̄m omnia cooperantur in bonum. Sed multi sūt sicut arbores frigide steriles infruc tuosi nesciunt vti mundo si mundus ministrat aduersa nesciunt pati humiliter si ministrat prospera nesciūt largiri misericorditer. De quibꝰ dicitur in canonica Jude arbores autūnales bis mortue. Secundo oportet quod cor nostrum p̄paret celesti beneficio / vngit. Cor indiget vnctione celestis gratie ymagines pulchre colorate ꝛ picte vnguntur vt pulchritudinem suā melius conseruent et retineāt sup rē vnctam immundicia non sistit nec adheret. Unctio facit ad pulchritudinem et conseruationeʒ sic vnctio gr̄e celestis ad cōseruādā pulchritudinem meam ꝛ veritatis Figura. ij. Re. xij. Surrexit dauid de terra lotus vnctꝰ que est. Ideo de xp̄o super quem immūdicia peccati non potuit cadere, nec sistere dicit p̄s. Unxit te deus deus tuꝰ oleo le. ꝛc. Et ideo quando ecclesia dedicatur, licet in ea descripte sint ymagines et picture. Nulla tamē inungitur specialiter nisi ymago et similitudo crucis propter duo. Primo in signum quod crux indicat ecclesiam in christi nomine esse dedicatam. Secundo quia in ecclesia iter om̄s ymagines ymago crucis debet esse principalior et p manentior. Tabernaculum seu ecclesia dei est cor humanā. Istud, tabernaculum deo dedicatur q̄n gr̄e

celesti iugitur. Figura. Exo. xl. Assumpto vnctionis oleo vngens tabernaculum rc. In isto tabernaculo .s. in corde sunt diuerse ymagines .i. diuersarum rerum similitudines et affectiones quod ergo sola ymago crucis vngitur in dedicatione signum est quod ymago crucifixi in corde tuo indicat cor tuum dedicatum deo non sic ymago quanquam vnde dicebat Apost. Parum curans de aliis ymaginibus. Non indicaui me aliquid scire inter vos nisi solum Jesum r Phil. iij. Omnia in detrimentum feci et arbitror vt stercora vt xpm lucrifaciam. Non quod ymagines dei depinguntur cum oleo r iste firmius conseruantur facile non delentur sic illi in quibus ymago xpi mediante oleo gratie celestis depingitur ymaginem istam firmius retinent r conseruant. ps. Oleo sancto meo vnxi eum sequitur Manus mea auxiliatur ei et brachium meum confor. eum. In aliis vero depingitur ymago xpi mediante aqua tribulationis et infirmitatis r sicut isti mediante aqua tribulationis ymaginem christi cito recipiunt ita quam cito ceperant deserunt et amittunt.

¶ Tertio oportet quod vitetur omnis turpitudinis occasio cum omnibus vasis suis. Impossibile est mensam esse mundam et sanctam nisi fuerint vasa munda et sancta quibus cibaria inferuntur. Unde turpitudo et immunditia vasorum est occasio turpitudinis r immunditie quo ad mensam Uasa quibus inferuntur diuersa cibaria ad mensam cordis sunt sensus cordis, p. visum deferunt colores per auditum sermones per gustum sapores. Unde nisi sensus sint puri et mundi .i. visus pudicus gustus sobrius auditus honestus impossibile est mensam cordis esse mundam et sanctam ideo monet Aposto .i. thes. iiij. Sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore. Uasa cordis .i. sensus corporis tenentur et possidentur in sanctificatio ne et ho. Hoc modo seruitores magnatorum necesse habent quandoque in vasis eisdem ponere diuersa cibaria. Que dam sunt que deturpant sicut carnes potagia pinguia quedam que non deturpant sicut fructus poma rc. Modo post cibaria que vasa maculant r deturpant vasa abluunt et abstergant antequam ponant ibi fructus r alia munda alias nullo modo possent munde seruire. Sic spiritualiter in vasis nostris .i. in sensibus diuersa ponuntur visus quandoque desiderat terrena gustus degustat carnalia auris audit mundana ista maculant et deturpant vasa sensuum nostrorum. Sicut ei in coquinis diuitum vasa sunt ... immunda. Sic vere qui ... sensibus corporis plura recipiunt terrena carnalia et mundana. Leui. xvi. Uas fiebat immundum ex contactu cuiuscunque immundi. Modo in istis vasis debent poni alia munda, sicut in visu diuinorum contemplatio in gustu sacra communio rc. Ideo si volumus christo munde seruire antequam sensus applicentur ad seruitium christi debent ablui per confessionem abstergi per satisfactionem a macula contracta ex actu et delectatione mundi. Unde de illis qui se diligenter non se abluunt quando ad christum accedunt Isa. lxv. Jus prophanum in va

nis eorū.i.voluptas carnalis cōcupiscētie i eorū sensualitate ꝛ corde.
¶ Quarto oportet ꝙ cōsumenꝫ vtitudinis desiderio. Cōpleuit. Res dicit cōpleta: qn̄ pōt finē suum attingere. alias semp dicit incōpleta finis sanctitatis ē beatitudo. Unde tunc solum est consummata et cōpleta sanctitas. quando desiderio ꝛ amore beatitudinis tantum conseruat donec status beatitudinis attingat: ꝙ fit quando sanctitas completur ꝛ perficitur vsqꝫ ad mortē. De talib⁹ dicit. Job. trigesimo sexto. Cōplebunt dies suos in bono: et annos suos in gloria.
¶ Nota. Operarij quibus dantur stipendia nimis lata: quibus soluit plusqꝫ lucretur: non curant de completione operis: vacant lusibus et potationibus. Sed illis quib⁹ parū soluitur ꝛ multū debetur statim cōplent vt possint mercedem recipere. ij. Paral. iiij. Cōpleuit omne opus regis in domo dei.
¶ Tertio tangitur retributio alli... ad seruiendū xp̄m: spes mercedis ...tributionis que expectatur a bono hospite: facit ꝙ non solum libenter recipitur imo sollicite ei cernitur ꝛ diligēter custodit.
¶ Figura Josue. ij. Raab meretrix exploratores iericho libenter recepit diligenter eis seruiuit: eos liberando a morte. Unde recipit mercedem magnā scꝫ liberationē persone: ꝛ totus domus sue Xp̄us venit in mundū quasi explorator: cuius ratio potest esse: explorator solet considerare locum castri debiliorē et infirmiorem per quā facilius intret ꝛ totuꝫ castrum occupat. Gen̄. xlij. Exploratores estis. ꝛ vt videatis infirmiora terre venistis. Sic xp̄us volens mundū capere p partē debiliorē ꝛ infirmiorem: p apostolos: pauperes ꝛ mēdicos. per quos conuertit ꝛ subiugauit potentes ꝛ magnos. j. Coꝛ. primo. Infirma mūdi elegit deus vt for. Ita spūaliter: xp̄us nō pōt intrare cor hominis: per viam fortitudinis et potentie. ꝙ diu homo fortis ꝛ potens est: non curans de xp̄o non pmittit xp̄m intrare. Intrat p portaꝫ debilitatis ꝛ infirmitatis. p̄s. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ. postea accelerauerunt. Merces retributionis pro receptione christi: est salus recipientis: ꝙtumcunqꝫ anima sit meretrix vel peccatrix. j. Thim̄. j. Fidelis sermo et om̄i acceptione dignus: xp̄us ies⁹ venit in hunc mundū peccatores saluos facere. et hoc quidē verum est. dum tn̄ cōscientia meretrix seu peccatrix: ostēdat fructū coccineū: id est rubeuꝫ. p sanguinē peccati. Sicut autem hospes xp̄us domum conscientie ꝯseruat/ inhabitādo: ita destruit recedendo. Grego. in moral. Om̄ipotens deus humanū cor destruit cū relinquit/ ꝛ edificat/ dū replet. nec ei humanaꝫ destruit debellādo: sꝫ recedēdo siue subtrahēdo: qꝛ ad perditionē suam sufficit sibi dimissa. Talis igit hospes libēter recipiēdus est: qui non solum sufficienter soluit imo tribuit habundāter. ij. Coꝛ. j. Per christū habundat consolatio nostra. Primo enim datur consolatio gratie sufficienter. Deinde cōsolatio glorie habundant quam nobis concedat ille qui est benedictus.
Amen.

¶ De eodem.

De nauicula. docebat turbas. Luc.vj. Via que non est multum trita nec frequentata necessariuꝫ est habere ductorē qui viā doceat in figura huius legitur in Exo. ꝙ cum filij israel ascenderent de egypto ad terram ꝓmissionis ꝑ desertū habuerunt angeluꝫ ductorem in colūna nubis per diem ⁊ in colūna ignis per noctem ꝛc. Dicitur Exod.xxiij. Ecce ego mittam angelū meū ꝗ precedet te ⁊ custodiat in via. Via que non est multum frequentata est via motū seu diuinorū mandatorū. Matth.iiij. Arcta est via que ducit ad vitam ⁊ pauci sunt qui inueniūt eam. Ratio est: q2 quādo in principio vie ponuntur offendicula: vt spine ⁊ similia: tunc multi ab ea diuertunt: ⁊ ideo volunt impedire transitū per aliquaꝫ semitā. In principio ponit spinas vt a semita diuertat transeuntes. via que habet in principio spinas est via salutis: q2 in principio est laboriosa ⁊ grauis licet i fine ⁊ medio sit delectabilis et sic multi attendentes principiū ⁊ non finem diuertunt ab ea vnde dyabolus transitum per viam salutis a principio volentibus ingredi: proponit labores ieiunia vigilias et huiusmodi: vt sic ab ea diuertant et per viam que ducit ad perditionem incedant: vnde sic facit dyabolus sicut fit auibus: nam per passꝰ earum grana semina ⁊ huiusmodi ostendūtur ⁊ proponitur aliqd terrendum ⁊ sic fugiūt: sed vbi sūt laquei proponuntur aliqua ad alliciendum. Item accedūt et ibi capiuntur. sic dyabolus i via salutis proponit aliqua que terrorem incutiunt: que tamen terrere non debent. et sic multi recedunt ab ea de quibus ps. trepidauerunt timore vbi non est timor. sed in via que perducit ad perditioneꝫ. et vbi est laqueus mortis ostendit que alliciunt vt sunt diuitie delitie ꝛc. ⁊ sic multi accedunt ⁊ capiunt. Eccles. nono. Sicut pisces capiuntur hamo: et sicut aues laq̄o: sic capiunt homines in tempore malo. Unde cyprianus in quadam epistola. lata ⁊ spaciosa itinera vite mortalis. illic illecebre ⁊ mortifere voluptates illic dyabolus blanditur vt fallat. arridet vt noceat: allicit vt occidat: ⁊ tamē multi incedunt ꝑ hāc viam. ⁊ ideo necessarium fuit habere ductorē in hac via. Et hic fuit christus vt dicunt verba proposita. De nauicula ꝛc. vbi tanguntur tria. Primum est actus expediens quo nostra ignorantia illustratur: docebat: doctrina enim salutis de qua loquimur: est nobis multum expediens inter artes: aliquę sunt multum ꝑenose ⁊ parum lucratiue vix lucrantur ꝙ sufficit pro die. Alie sunt minus laboriose ⁊ magis lucratiue vt campsoria ⁊ huiusmodi. Et hanc plus valet addiscere: cum plus sit ibi de lucro. et minus de labore. Ars valde penosa et parum lucratiua: est quecunꝗ industria ⁊ astucia qua mundani vtuntur ad acquirendum bona mūdi: vt sunt diuitie ⁊ honores ꝛc. ibi est multū de labore Ecclesiast. primo: agnoui: ꝙ in hijs esset labor et afflictio spiritus: sed parum est de lucro: solum lucrantur ꝓ die presentis vite: ideo ad sufficientiā ⁊ nihil ꝓ futuro: immo grauia de

bita contrahūt· vnde ad hoc attē=
dens. Ecclesiastes. dicebat. Detesta
tus sum omnem industriam in qua
sub sole studiose laboraui sicut enī
ars lusoria est. detestanda. qr parū
est ibi de lucro. ⁊ multū de dāpno.
sic industria mūdanorū. qua vtunt
ad acquirenda bona mundi est de
testanda: quia licet in presenti vi=
ta reportent modicū: de lucro: ta=
men pro futuro tēpore graue dā=
pnū incurrūt. sed ars ordinata ad
salutem est necessaria: quia ibi pa
rum de labore. Prouerb. x. In ope
re tuo exiguū laboris est: et mul=
tūde lucro qr bene operādo lucrā
tur pro pñti ⁊ p futuro. Eccli. xxx.
Fideliter age. cū illo: ⁊ i tēpore in=
uenies q necessariū est tibi: ⁊ ideo
xp̄s qui q̄stū in se est facit q expe
dit hanc nos docuit. Mathei. xxij.
viam dei in veritate doces. in qua
authoritate tangunt tria q̄ fuerūt
in doctrina xp̄i ⁊ debent esse in do
ctore. Primo qr docuit conuenien
ter ex finis. intentione. Viaz dei.
[illegible] ducit ad deū est via peni
tentie de qua Matth. iij. Vias dñi
rectas ⁊c. Ista via est conueniens
nauta volens ɔuenienter deduce=
re nauē p rippariā ducit eam p ha
bundantiā aque. qr si duceret p lo=
ca vbi est defectus aque arrestare
tur: ⁊ atterraret: nauis quā habe=
mus ducere per rippariā hui⁹ mū
di. vsq ad portum paradisi: est ani
ma nostra i Prouerb. vlt. Facta est
quasi nauis institoris de lōge por=
tans pa. su. nauis enī institoris si=
ue negotiatoris. ordinata est ad lu
crandū: nō ad spoliandū. vt nauis
militū. sic nauis nostra ad hoc po
sita est in mundo. vt lucretur bona
celestia nō ad rapiendū: non ad cō=
gregandū bona terrena nec ad cō
tendendū ⁊ litigandū. vñ Math.
xx. Commendati sunt serui qui lu
crati sunt cum pecunia dñi sui: qui
vero nihil lucratus est: sed abscon
dit: vituperat⁹ est. Ideo anima cō
ueniēter dicit nauis institoris. Qui
ergo vult istam nauē conueniēter
deduceri per ripparias oportet q
eam deducat per ꝓfunditatē aque
tribulationis ⁊ penitentie. Isay. lj.
Posuisti ꝓfundū maris rubri viā
vt transirēt liberati. Profunditas
eni maris id est tribulationis ⁊ pe
nitentie: est via posita a domino p
quam transeuntes liberātur ⁊ sal=
uantur. sed qui hanc fugiunt ⁊ que
runt profunditatem mundi ⁊ sola
tia carnis. sic arrestantur q moue
ri non possunt ad bene operandū.

¶ Figura habetur Gen. septimo.
Quando aque inundauerunt sup
terram: archa ferebatur: sed quan
do minute sunt aque: tunc requie
uit super montes armenie. Ista ar
cha significat mentem nostram: in
qua omnia mandata debent con=
seruari: ⁊ ita mouetur per bonum
opus quando aqua penitentie ha=
bundat: sed quando est defectus
istius aque / tunc quiescit a bono
opere. pme ad Thim. quito. Que
in delitijs est viuens: mortua est.
Sicut enī corpus mortuum nō ha
bet motum. sic nec talis habet mo
tum bone operationis. Sen. i qua
dam epistola. mirū est fortiter ali
quid dici ab homine mollitiem ꝓ
fesso. et ideo via delictarum est vi=
tanda. sed tamen multi per eā vo=
lunt incedere. Differētia est inter
pisces qui querunt ascensum: et il=
los qui querunt pastum. quia qui

querunt ascendere natant per habundantiã aque: sed querentes pastũ non: qz pastus aliquãdo est. vbi est paruz de aqua: ⁊ ibi frequenter capiunt. sic in mundo sunt aliq̃ qui q̃rũt ascendere. ⁊ isti incedunt per habũdantiã aque penitentie. quia ista est via p quã ascendit ad celũ. Act. xi. Gentibus dedit deus penitentiam ad vitã. sed alij querunt pastũ mũdi. ⁊ isti ab hac via diuersunt querẽtes solacia. et ibi capiũtur. Job. j. legitur q filijs Job comedentib⁹ ⁊ bibentibus in domo fratris. s. primogeniti irruit vent⁹ a regione deserti ⁊ cõcussit ita fortiter domũ q cecidit ⁊ mortuũ sũt. Domus fratris nostri primogeniti est ecclesia. Est em̃ domus xp̃i q̃ frater noster est in ista domo multi comedunt ⁊ bibunt bona christi ⁊ credunt esse securi. sed cum non aduertunt irruit ventus infirmitatis. ⁊ sic concutit domũ corporis q cadit per mortẽ et sic subito opprimuntur. ps. Desideriũ eorum attulit: non sunt fraudati a deo suo. ¶ Secundũ quod tangit in auctoritate est qz docet sapiẽter sine deuiatione: in veritate. Ille em̃ q̃ docet sequi regulam rectam est veritas: quia per ipsam debent regulari cogitationes. Josue vigesimo quarto. Seruite ei in corde perfecto atq̧ verissimo. ⁊ ad Ephe. iiij. Deponentes mendacium: loquimini veritatem vnusquisq̧ cũ proximo suo. j. Johan. iij. Non diligimus verbo neq̧ lingua sed opere ⁊ veritate: sequentes hanc regulã errare non possunt. ps. Uiam veritatis elegi ⁊c. Sed multi istam viam non eligunt sed fugiunt. causa est. quia debiles non libenter incedunt per viam in qua sunt impulsus: timent enim impelli ⁊ conculcari sed virtuosi ⁊ fortes q̃ istos impulsus non timent audacter incedunt. Nunc est ita q illi qui incedunt per viam veritatis ab alijs impelluntur. Et verbo ⁊ facto. et econtrario qui per viam falsitatis supportantur et amplectuntur.. Qui eniz sciunt mendaciter adulari diliguntur et promouentur. ad Gal. quarto. Inimicus vobis factus sum verum dicens. Unde dicit Hierony. Hec est conditio veritatis vt eam inimicitie persequantur: sicut per adulationem perniciose amicitie acquiruntur. Libenter enim quod delectat audimus ⁊ offẽdit omne q nolumus. Ideo imperfecti ⁊ debiles ab ea diuertunt non audentes loqui aut operari secundum veritatem. timent enim impelli contumelijs et iniurijs in ps. Diminute sunt veritates a filijs hominũ. Sed viri virtuosi qui nihil timẽt sed vitã eternam sperãt: veritatem [illegible] Grego. Bonorum mens [illegible] riora pro veritate tollerat. eo eternitatis premia certius sperat. De sancto tho. habetur q in captiuitate positus viam veritatis non deseruit. Sed quomodo scietur q aliquis maneat i veritate: Ueritas em̃ denarij in duobus cognoscitur in sono ⁊ pondere: ⁊ si in vno istorum patitur defectum reputatur falsa moneta: sic veritas cordis in sono verborum ⁊ pondere morum. ¶ Quãdo enim persona habet verba debita et habet pondus sufficiens morum tunc reputatur vera apud dominum. sed quando habet defectum in vno istorum mo

rum: maxime in pondere Iudicatur falsa et hoc pondus cognoscetur in statera diuine iustitie ibi enim ostendentur aliqui magni ponderis qui nunc parui videntur dicitur de Balthasar quod appensus in statera et inuentus minus habens in statera enim diuine iustitie appensum erit et ponderatum meritum cuiuslibet et multi qui nunc videntur magni ponderis inuenientur minus habentes vnde isti tanquam falsi denarij respuent et reprobantur nec inter bonos computabitur. De quibus dicit Sap. Computabuntur inter filios dei et inter sanctos sors illorum est.
¶ Tertium est quod docet indifferenter sine acceptione doces. Nota quod medicus cui commissa est cura totius corporis non solum debet esse sollicitus de vna parte curanda sed de omnibus generaliter Apostolus. vt ad Ro. xij. Unum corpus sumus in christo singuli autem alter alterius membra. Istius autem totius corporis commissa est cura cuilibet Eccl. xvij. [illegible] vnicuique de proximo suo licet autem ad hoc specialiter rectores et doctores obligentur ideo omnes debemus reprehendere et corrigere sine personarum acceptione sed sic est sicut accidit in corpore humano in quo sunt alique partes delicate et tenere vt oculi et si infirmentur timetur adhibere remedium. non sic in pede et manu per oculos qui ceteras partes regunt / intelliguntur maiores qui alios regunt et quo ad istos timentur adhibere remedium: quia timent eos reprehendere et si reprehenduntur satis leuiter reprehenduntur / quia : timent eorum offensam sed pauperes et minores dure corriguntur. Isti sunt similes auibus que altercantant quando sunt in capiola et cum conuersantur cum hominibus: quia extra cantant vt aues sed in capiola fingunt vocem humanam. Sic alii qui quando sunt extra domum in curia principum aut prelatorum aliter cantant quam quando sunt extra curiam. Quia antequam sint ibi loquuntur vt boni condempnantes facta eorum et suorum consiliariorum. Sed quando sunt intra tunc sicut homines cum quibus conuersantur loquuntur adulantur sicut ceteri. Non ergo sic debet esse sed debet reprehendere sicut Paulus de quo ad Gal. ij. In facie ei restiti quia reprehensibilis erat. Nam reprehendendo delinquentem operamur nostram salutem et aliorum. puer. viij. Qui corripit hominem inueniet gratiam in presenti et gloriam in futuro. Quam nobis concedat qui viuit et regnat deus. etc.

¶ Collatio.

Secundo tangitur status conueniens quo nostra conscientia informatur de nauicula. Ille enim qui habet docere et regere debet esse in nauicula ecclesie per charitatem et residentiam experimentum enim docet quod nauta ad hoc quod bene ducat nauem oportet quod sit intra. Sic hoc quod aliquis bene regat ecclesiam oportet quod sit infra ecclesiam per charitatem et corporale residentiam. Unde quia multi sunt extra per peccatum et sic sint extra merito quidem quoad residentiam male regunt ecclesias. Et isti sunt similes

quibusdā diuitibus habitantibus
nauiculas non ad regendum sed
ad locandum ⁊ lucrandum nō eī
eas regunt sed locant ad regendū
aliquibus pauperibus Sic quidā
habent ecclesias non vt regant
sed magis ad lucrandum. Quidā
enim nunꝙ̄ ibi resident sed eas tra
dunt pauperibꝰ mercennariīs a q̄
bus recipiunt fructus sine labore
et dotrina ad damnationem eorꝫ
Greg. Quanti criminis est precia
peccatorum accipere et nichil con
tra peccata dicere debent enim re
sidere ī nauicula ecclesie vt sic do
ceant ꝯplebem. Exemplo christi
Mat. ix. quod ascendens Jesus na
uiculam transfretauit et venit in
ciuitatem suam. Tangit auctori-
tas tria que conueniunt statui re
ctoris.

¶ Primum vigor potentie. qua
eleuatur ascendens signum vigo
ris est ascendere et hoc verum
est quando ascenditur virtute pro
pria nō aliena qꝛ requiritur meri
tum proprium ī adultis ad hoc ꝙ
ad celum ascendant. Uerum est ꝙ
in paruulis nō reqrit̄ ſꝫ sufficit me
ritū xp̄i. Figura huiꝰ habet̄ p̄ni
R. xiiij. ꝙ Jonatha ascēdit reptās
manibꝰ et pedibꝰ Jonathas inter
pretatur columba veniens ⁊ signi
ficat aīaꝫ sāctā que ascendit in ce
lum reptans manibus et pedibus
quia per sācta desideria que ꝑ ma
nus figuratur repere oportet ī ce
lum vnde cum Dauid quesiuisset
quis ascendet in montem dn̄i ⁊c.
Rn̄det̄. Innocēs ⁊c. Soli igr̄ vir-
tuosi illic ascēdūt Aug. de ci. dei.
Uerꝰ honor qui nulli negat̄ digno
nulli defertur indigno sed ad euꝫ
ambiet nullus indignus vbi nullꝰ
permittitur esse nisi dignus: sed sic
non est de honoribus mundi: quia
ad eos non ascendūt hoīes virtute
ꝑpria nō enim ꝓ merita sua hoīes
ad eas veniūt: sed aliena q̄ hn̄t for
ciores ⁊ meliores adiutores illi a-
scendunt ꝗ̄uis merita non suppe-
tant: sicut enim sagitta non habet
in se ꝙ eleuetur et tamen ꝑ fortitu
dinem arcus sursum eleuatur. sic
in mundo multi sunt qui ex se non
habent querere vt debeant eleua
ri ad prelationes et dignitates: qꝛ
nec mores: nec sciam habent tamē
per arcum potētie mūdane eleuā
tur ad regnuꝫ. In figura huius dr̄
Judi. j. ꝙ erant multi reges pūta.
lxx. Qui habebāt āputatas sūmi-
tates pedū ⁊ manuū: ⁊ colligebant
reliquias ciborū. Sic multi sunt re
ges qui obtinent regimina mūdi
⁊ tn̄ habent amputatas summita-
tes manuum ⁊ pedū: quia defectū
habent sanctarum affectionum et
bonorum operum: et hi colligunt
reliquias bona: scꝫ tp̄alia mū[illegible]
que sunt quedam parua [illegible]
spectu celestium. non [illegible] deberet
esse. Hugo parati filij hoīm ad ho
nores angelicis humeris formidā
do: non tamen virgula debet esse:
cui domus innitur vitulus q̄ ad a
ratrum ponitur.

¶ Scd̄m ꝙ cōuenit statui rectoris
est labor pnie qua fatigatur trans-
fretauit. In transfretatione o[illegible] est
labor ⁊ pena: ⁊ ideo designat labo
rē: ⁊ hunc debemꝰ assumere. Luc.
viij. Transfretemus transstagnuꝫ:
nauta videns ꝙ habet ventū ꝓspe
rum nō sistit: sed transfretat nunc
habemus ventum ꝓsperū. scꝫ spm̄
sanctum impellentem ⁊ erudientē
nos: sanctum ꝓpositū, inspirando

Nee.ix. Spiritum tuum bonum dedisti eis ꝛc. Transfretare debemus laborando et operando vsq portum salutis Sed multi sunt qui sistũt ꝛ nõ transfretãt licet habeãt ventum prosperum ꝑ via transitũ vt piscatores. Illi autem qui sũt ad trãsfretandum presertim habent ventum impellentem transfretant q̃ cito possunt sed illi qui sunt ad piscandum non sed ibi sistunt et contra ventum ad capiendum pisces sic est in mundo. Nam aliqui sunt in mundo ad transfretandum sicut boni qui non querunt nisi trã situm in mũdo de quibus Job.ix. Transierunt q̃si naues poma portantes. Post transitũ derelinquũt bonum odorẽ: sic boni postq̃ transierunt de mundo relinquunt odorem bone fame vnde ꝓuer.x. Memoria iusti cum laudibus ꝛc. Isti nauigant q̃tum possunt nec sistũt in mundo. Dauid. Transibo in locum tabernaculi mei ꝛc. Sed mũdani ibi sistunt contra ventum. s. ... ellit ad bene operandum quibus dicitur illð Act. Dura ceruice incircũcisi ꝛ auribus ad corð. ꝛc. et hi sunt fatui q: licet piscator stet libẽter in ripparia ꝛ ĩpericlõ q̃n bene piscatur tamen non libenter stat quando videt quod ꝑ multum laborem nihil aut parum capit. In hoc mũdo hõ modicũ capit aut sitit q: transfertur ei in riparia quia nichil aut pũ secũ fert de bonis mũdi. Luc. v. per totam noctem laborauimus et nihil cepimus quicq̃: et capit totum aufertur cum venit ad riparium mortis Dormierunt somnum suum ꝛ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis Et ideo i mundo in periculo non debemus sistere per affectum Aug. lib. confes. loquens de mundo dicit. In mundo non est alið nisi fragmen plenum: periculis ꝛ per quot pericula peruenitur ad maius periculum pereant hec omnia ꝛ dimittamus hec vana ꝛ inania conferamꝰ nos ad solam inquisitionem eorũ que finem non habent.

¶ Tertio tangitur amor patrie quo ꝓperatur. Venit in ciuitatẽ suã. amor eñ patrie facit properare. Unde peregrinus rediẽs ad patriam suam propter amorẽ quã habet ad eam magis ꝓperat. q̃ recedendo a patria. Patria nostra est in celo. non in mundo. nec habemus hic manentẽ ciuitatẽ ꝛc. et ad heb. xiij. Sumus aũtẽ in reditu ad eam Sicut enim per peccatum primorum ab ea discessimus ita per penitentiã reuertamur iõ amore illius patrie illic ꝓpare debemus per bona opera. ps. Deducit eos in viã rectã vt irent in ciuitatem habitationis. Ciuitas habitationis est celum. quia conueniens est ad habitandum econtrario est de mundo q: ad hoc q sit apta ad habitanduꝫ requiritur q ciuitas sit quieta et opulenta in victualibus et hic duo frequenter deficiunt in ea que est conueniẽs ad negociandum Ciuitas mundi non est conueniens ad negociandum: quia nullus est qui ibi possit lucrari. Negociamĩ dũ vẽo. similr non est conueniens ad habitandũ q: ibi tumultus et caristia bonoꝝ Omne eñ bonũ ibi possessum emitur sed ciuitas celi est opulẽta ds deducet me in ciuitatem munitaꝫ Jcẽ ibi q̃s in ciuitate sctã similr

requieui. in ecclesia apta ad habitandum. iiij. Reg. habitatio ciuitatis optima: et ideo illic ire debemus. Sed nota quod viator illum a loco quo tendit diuertit amore societatis huius societatis. a qua trahitur mundi est corpus nostrum Iste autem socius retrahit nos a via celi vnde quia multi volunt ei condescendere desiderijs eius acquiescentes diuertunt a via celi. ps. Errauerunt in solitudine in aquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt et recte sic accidit ei sicut illi paruulo cui traditur pecus cum fune ad pascendum sed quia debilis est trahitur cum eo per deuia cum tamen deberet ducere ipsum. Sic nobis contigit corpus traditur ad pascendum mediante fune penitentie. Sed multi sunt a deo debiles quod trahuntur ab eo per deuia cum deberent ducere et trahere corpus ad obediendum rationi. Greg. Sic conditi sumus vt ratio animam et aia corpus dirigant.

¶ Tertium quod principaliter tangitur est fructus veniens quo nostra indigentia releuatur turbas multitudinem turbarum simplicium sequitur fructus et frequenter maior fructus quam ex eradicatione maiorum et literatorum vnde Io. vij. dicitur Nunquid ex precibus aliquis credidit eum autem pharisei q. d. non sed et turba hec que nouit legem. lux celestis sit causa fructus terre tamen montes plus recipiunt de luce et diutius quam valles minus tamen habundant fructus terre per lucem celestem designatur diuina sapientia. Sap. vij. Proposui pro luce habere illam et hec est causa fructus in anima venerunt mihi omnia bona pariter cum illa et tamen qui plus habent de illa luce non plus habundant in fructu bonorum operum: literati. i. ecclesiastici habent multum de lumine gratie in lectione in predicatione: et parum in eis apparet de fructu. Sed plus in simplicibus in turbis que minus habent de ista luce quam illi. Ideo dicitur Mat. iiij. quod multa turba a galilea et iudea secuta est quod de alijs non legitur. Nota in guerra. aliqui sequuntur ducem cum expensis suis aliqui cum expensis proprijs et isti qui expensis proprijs sequuntur ducem tales fideliter sequuntur. clerici sequuntur cum expensis xpi. Laici vero cum expensis proprijs vnde dicitur Io. viij. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite Quod nobis concedat et c.

¶ De dominica. vj.

Nisi habundauerit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in re. celo. Sicut dicit btus Grego. hic solum bn agitur vt vita hominum corrigatur. Corrigunt autem homines aliquando amore premij quod bonis promittitur. aliquando timore supplicij et flagelli quod malis preparatur. sicut ei radices peccandi sunt due. s. timor male humilians et amor male inflammans. vt dicit. Aug. sup illud ps. Incensa igni et c. Radices surgendi a pecto. s. amor dei bonos premiantis: et timor eius malos punientis vt ibidem dicit Augu. secundus quidem modus qui ex timore est communior. plus

res magis abstinent a malis timore pene q̄ amore celestis patrie parum facerēt pro paradiso nisi timerēt infernū: et licet iste modus sit cōmunio: q̄ est ex timore: tamen alius est vtilior q̄ est ex amore: quia sicut medicina quātūcunq̄ sit efficax nō pōt curare morbū nisi natura cooperāte Natura ei existēte totaliter prostrata inutilis est medicina. Pene enim medicine sunt vt dr. ij. Ethi. Et ideo nō sufficit ad curandū cor a morbo peccati nisi amor tanq̄ natura cordis cooperetur. Qui ei solo timore gehēne abstinet: non est in statu salutis. Modo secūdm augu. Lex vetus et euangeliū differunt per timorem et amorē. Lex enim vetus fuit timoris. Vnde et terribiliter data fuit Exod. xix. sed euangeliū lex amoris: et ideo filius dei q̄ venit in hūc mūdū peccatores saluare instruit nos vt nō solū timore pene bona operemur: quia hec sē iustitia scribarum et phariseorū: sed ex amore: quia solus timor [illegible] sufficit ad salutē: vnde dicit. Nisi [illegible] abundauerit. etc. vbi tanguntur tria: primo grauis cōditio q̄ proponitur (nisi habundauerit iustitia vestra). Secūdo grauior cōditio q̄ apponitur plusq̄ scribarum et phari. Tertio grauissima cōmutatio que subiungitur: non intrabitis et cetera. Quantū ad primum sciendum quod sicut dicit Grego. cum crescunt dona crescunt et rōnes donorum et obligationes pro donis modo dicit Apost. ad Thim. vj. loquens de deo. Prestitit nobis omnia bona habunde quod potissime verum est de clericis prebendatis qui metunt: vbi non seminarūt. colligunt. vbi non sparserūt nec ipsi nec patres eorum gratis prestitit eis deus et habundanter bona temporalia: et ideo obligati sunt dicere illud Matthei tertio sic decet nos implere omnem iustitiam. Justitia vero hic accipitur non solum prout est virtus specialis qua dirigimur in distributionibus: sed prout includit omnem virtutem secundum quod dicitur iustum opus equiter recte rationi q̄ admodum scriptura loquitur de iustitia. Eze. xviij. Ubi enumeratis multis generibus viciorum que opponuntur varijs virtutibus in fine cōcludit dicens. Uir si in preceptis meis ābulauerit et mādata mea custodierit: hic iustus erit: iusticia in sic acceptam pro verba virtute decet omnē hominem tenere specialius autem clericos: decet inquit nos: quia claudicatio magis indecens est in homine magno q̄ paruo. Inclinari in quod licet vicium ē claudicare a rectitudine rationis quod tanto indecentius est in aliquo q̄to est in maiori statu sicut in clerico q̄ in laico: et ideo indecentius est eos inclinari in quodcunq̄ peccatum Chrisosto. super Matthe. Sciencia enim cum sit in quadā tranquilitate proportionis in docente et non faciente non est equalitas nec proportio. Nulla enim est proportio in membris quando brachium est ita breue quod nō potest applicari ad os. In ore verbum: in manu factum. Intelliguntur ergo in moribus et vita hominis nulla est iustitia: quādo nulla est equalitas quod fit quando quod ore dicitur opere non impletur. Rom. j. dicitur quod fractores legis iustificabuntur.

¶ Nota rationem de conuersione manus ad nos sic enim recipit alimentū quo corporaliter viuit hō.

sola em̄ scientia parū aut nichil cō fert ad virtutē imo aliqñ deficit a virtute: q̄ figuratū fuit in p̄mis parē tibus q̄ accipiētes de ligno scientie perdiderūt lignuꝫ vite: expediret multis q̄ ita parū scirent de litteris sicut patres eorum. Dicebat Augu. sociis suis Surgunt indocti ⁊ celū rapiūt: nos sūt cū litteris nr̄is. ⁊c. nec ex hoc sciētiā vituperamus sꝫ abusuꝫ eoꝝ q̄ admodū pharise: recte docēt ⁊ male operant: q̄ etiā admodū Saul. gladio suo se interimunt. Ideo econtra dicitur de saluatore q̄ cepit ies⁹ facere et docere.

¶ Item commendantur quia fuerunt strictioris scientie vere conscientia eorum fuit stricta sicut calige de brays gallice qui sunt late et stricte secundum volūtatem calciantis: sic isti faciebāt consciētiā in cute: q̄ patet per illud q̄ subditur. Non enim lauant manus. ⁊c. sed in grauibus nullam faciebant conscientiam. vnde dn̄s dixit eis. Quare transgredimini mandata dei. ⁊c. ideo specialiter dicitur Luce. vj. Obseruabant scribe ⁊ phari. sabbato curare: quia curationem nō poterant calumniare calūpniabant rōne tēporis: sicut lup⁹ timet transire p viā vbi est sparsa palea: ⁊ diuertit per lutum.

¶ Item fuerunt maioris abstinentie: et dico q̄ dyabolus habet martyres suos sicut et christus. Qui enim exterminant facies suas vt appareant et cetera. q̄ pharisei et ypocrite sunt martyres dyaboli q̄ per p̄sentē afflictionē acquirūt sibi suppliciū eternū isti simulant se mortuos mundo quasi non curantes de mundo: ⁊ tamen in veritate viuunt mundo: q̄ quicq̄d faciunt totū est instinctu acquirendi aliq̄d terrenū: sicut recitatur de vulpe: q̄ finxit se mortuam quousq̄ proiecta fuit vbi erant pulli ⁊ tūc comedit ⁊ ostendit se viuā: sic aliq̄ ostēdunt se mortificatos quousq̄ habeant prebendam vel prelationem in qua delicate viuant: et ideo nunc sunt vt vulpes: cuius pellis preualet carne quia exterior cōuersatio eorum preualet intentionem interiori eorum. Matthe. xxiij. Ue vobis scribe et pharisei qui similes estis sepulchr. dealba: et hec est conditio cigni qui albus est exterius in plumis et nigerrimus interius in cute et carne. hunc prohibentur comedere filij israel. Leuiti. xj. q̄ facta talium prohibentur imitari ⁊ tamen q̄tuncunq̄ tales mali sint simulātes se q̄ non sunt peiores tamen sunt illi qui sunt manifeste mali. Illi enim suo exemplo alios corrumpūt isti autē sua simulatione malos terrent sicut formido terret auiculas in orto ⁊ intellige quando tales sua simulatione non pertrahunt ad errorē: tūc enim peiores sunt ypochrite quā mali manifeste. Unde Chrisosto. de duobus: leuius est peccare q̄ sanctitatem simulare.

¶ Circa tertium nota q̄ duplex est cōminatio in scriptura: vna positiua de pena gehenne Math. xxv. Ite maledicti. ⁊c. Alia negatiua de carentia visionis. tn̄ maior est secūda q̄ prima: sicut afflictio ex oculationis maior est q̄ afflictio cuiuscunq̄ sensus lꝫ nobis videatur cōtrariū in statu: quia sensibilia sunt nobis magis nota tamen secūdum veritatem carentia visionis diui-

ne est maior: quacunqꝫ afflictione vnde Chrys. super math. ponamꝰ ante oculos nostros q̄ti doloris ē excludi ⁊ proiici a regno celorum pena em̄ exclusionis visionis dei est grauior q̄ gehēna. Rogabimꝰ dominum. ⁊c.

¶ De dominica. vij.

